MICHAELIS ETTMÜLLERI,

Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, Professoris publici, Lipsiensis, ac Facultat. Medicin. Adsessoris,

COLLEGIUM CHYMICUM,

habitum Anno 1671.

PROOEMIUM.

CHymiam in Compendio tractaturus, nolo inhærere comuni Scriptorum Methodo, qui certa *Chymia Tyrocinia* ordine scholastico pertractarunt, quia in quibusdam subinde incongrua, imò superflua, continentur; sed saltem ea tradam, quæ pro fundamento Chymiæ sufficiunt Medico, quibus ceu filo Ariadnæ ducimur ad perfectam ac intimam cognitionem corporum naturalium. Cùm autem primarium locum ☉ia sibi vendicent, ideò jam, bono cum Deo, pro occasione ~☉✶ci, heri demonstrati, primo loco sistam doctrinam ☉ium, ubi primò *de Principiis Chymicis in genere quædam præmiserim.*

PRINCIPIA SALINA MODERNORUM.

THEOPHRASTUS PARACELSUS superioribus jam seculis *quinque* introduxit *corporum naturalium principia*, eaque distinguit in *Activa & Passiva: Activa* nominavit *sal*, *sulphur & Mercurium*; *passivorum* nomine insignivit *phlegma & caput mortuum.* Per Caput mortuum aliàs, propriè tamen loquendo, nihil aliud intelligitur, quam omne istud Residuum, quod post virium & principiorum extractionem remanet: communissimè tamen remanentiam vitrioli significat. Hæc Principia Passiva Paracelsi, Phlegma scilicet & caput mortuum, tandem dicuntur eidem *REROLLÆA*, i. e. viribus insignibus destituta; quia omni activâ virtute spoliata sunt: sic quoque invenimus hoc vocabulum Rerollæum usurpatum de Aëre & Aqua apud *HELMONTIUM Tract. Natura Contrar. Nescia, & alibi.*

Hæc Principia activa, *Sal, sulphur & Mercurius*, utut frequentissimè omnium apud *PARACELSUM* reperiantur, eorum tamen non existit primus primariusque Autor, utpote qui ex se fuit indoctus, accuratioremque Philosophiam neglexit, sed à *BASILIO VALENTINO*, tum temporis Chymico non contemnendo, mutuo accepit; & cùm jam dictus *BASILIUS VALENTINUS* in Metallurgicis probè fuisset versatus, statuisletque, omnia metalla constare spiritu, anima, & corpore, ea postmodum explicuit, per spiritum Mercurium, per animam sulphur, per corpus sal esse intelligendum: Sic quoque ab *ISAACO HOLLANDO & ARNOLDO VILLANOVANO*, utut & *RAIMUNDO LULLIO*, non pauca subtraxit, eaque, suppresso veri Autoris nomine, sua fecit. Sed cum jam multi multa de his Principiis, alii tamen sic, alii aliter de iisdem sentientes, scripserint (nam per Mercurium Veteres non intellexerunt Mercurium, quem dicunt vivum & vulgarem; nec per sulphur, crudum istud nativum sulphur) ideò non abs re facturi, si paulò accuratiùs adspiciamus Principiorum Chymicorum naturam.

PRINCIPIA SALINA MODERNORUM.

Per sal hoc loco nihil aliud intelligitur, quàm tales particulæ materiales, quæ facillimæ sunt solutionis in ▽, & sæpiùs linguam afficiendo gustus passionem inferunt. Hæ particulæ magnæ sunt considerationis, quia ex his, ceu principiis materialibus, corpora fiunt naturalia maximæ efficaciæ. Jam, cùm latissimum sit salium regimen, ante tot secula divino illi *COO* jam cognitum, qui eadem salia sub saporum nomine, ceu cuilibet notum, vendidit; hoc loco dicemus, sal in genere esse duplex: *Universale & Particulare. Universale* est illud, quod in prima creaturarum productione per hoc universum mundi systema dispersum, vulgariter audit *spiritus mundi*; qui, dum in ▽e volitat, à quibusdam *avicula Hermetis* dicitur; in ▽æ visceribus dum latitat, pro vegetandis tàm variis vegetabilium speciebus, vocatur *sal ▽a centrale.* De hoc mundi spiritu intelligenda venit secundùm nonnullos *Tabula* illa *HERMETIS Smaragdina*, ita sonans: *Verum sine mendacio, certum & verissimum: Quod est inferius, est sicut id, quod est superius, & vice versâ, ad perpetrandum miraculum rei uniuscujusq.: Et sicuti res omnes fuere ab uno, mediatione unius, sic omnes res natæ ab hac re, adoptatione: Pater ejus est ☉, mater ejus ☽, portavit illud ventus in ventre suo: Nutrix ejus, ▽, Pater omnis Telesmi totius mundi est hic: Vis ejus integra est, si versa fuerit in ▽m: separabis ▽m ab igne, subtile à spisso, suaviter cum magno ingenio: Adscendit autem ▽ ad cœlum, iterumque descendit in ▽m, & recipit vim superiorum & inferiorum.* Vid. *NOLLII Physica Hermet. pag.* 701. Ab hoc sale universali in diversis matricibus generantur salia particularia, de quibus hîc paulò accuratius disquirendum.

Salia particularia in genere sunt duplicis generis, vel sunt *acida*, vel sunt *alcalia seu urinosa*; & ex his duobus mutuâ conjunctione tertium compositum, scilicet *sal salsum* emergit, neutrum ex istis, de utroq; tamen participans: sic v. g. *spiritus vitrioli est sal acidum, sal tartari est sal urinosum; ex quibus duobus invicem conjunctis sal tertium salsum exoritur.*

Notandum autem, quod nomine salis non semper intelligenda sint salia in forma salis sicca; duplex enim est status salium; nunc enim sunt *resoluta, nunc coagulata.* Resolutorum nomine veniunt ~; per coagulata autem intelliguntur salia in forma sicca.

SALIA ACIDA.

Paulò superiùs divisi salia particularia in *urinosa & acida. Acida salia* in omnibus tribus regnis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0443-3
DFG

reperire facillimum est. Primò quidem *in regno minerali*, multa acida dantur, veluti videmus, & cuilibet mineralia & metalla exactiùs examinanti manifestum est: ante reliqua acidum ♃is eminet, utpote ex quo reliqua mineralia suum habent acorem; nam à sulphuris acido ⊕ suum habet acorem. Ab hoc spiritu sulphuris acido suos deducit natales (quoad acorem) alumen, sal commune, &c. Inter metalla ☉ suam aciditatem ab acido ♃is adeptam habet, cujus aciditas hoc modo probatur: *Auro liquefacto seu fuso, si extremitas bacilli immittatur ferrei, ferrum in momento vertitur in scoriam seu rubiginem, non aliter, ac si cum sulphure accenso concrematum esset;* Conf. *TACCHENII Clavis Medic. Hippocratica.* In Marte tàm copiosum est acidum, ut in ♎e resolutus humido, suum proprium corpus corrodat in rubiginem, quæ Chymicis dicitur Crocus Martis. In Venere consimiliter copiosum adest acidum; nam per humectationem, internum acidum resolventem, spontè excrescit ⊕, seu crocus viridis subtilis, factus per proprium acidum corrosivum.

Regnum vegetabile quod attinet, nec hîc sua vegetabilia destituuntur aciditate: Nam in fructuum maturatione natura procedit ab acido austero ad saporem subdulcem succedentem, tandem ultimo maturationis tempore ad saporem dulcissimum. Sic quoque vegetabilium acidum testantur varia ♱a, ex fructibus mediante fermentatione producta: ut nihil jam moneam de iis, quæ naturaliter tota sunt acida, v. g. ribes, berberes, &c. sed urgeo tantùm, quoscunque ferè vegetabilium succos beneficio fermentationis acetosum nobis exhibere liquorem. Sic succus uvarum dulcis, pomorum, pyrorum, &c. ante maturitatem acidus seu austerus observatur, propter *insufficientem* fermentationem; ulteriori autem & concitatiori fermentatione dulcis quidem fit, sed tandem dat ♱; quin & saccharum, sal illud omnium dulcissimum, si destilletur in ♎, dabit spiritum acidissimum. Quod etiam semina vegetabilium dent acidum, clarum certumque reddit panis ex seminibus confectus; sic enim moderato igne fundit spiritum acidum volatilem, brevi tempore, absque Vulcani adjumento, & Veneris & Martis ℞as extrahentem, & corallia & hæmatitem solventem, & in nonnulla corpora mineralia potentiùs ferè agentem ipsâ ▽ forti. Huc meritò referendum ♱ ex cerevisia, aliisque quibuscunque ex infusis oriundum: omnis enim planta decocta in ▽ simplici, & in loco calido vel ad ☉em posita, acescit. In omni *ligno latitat acidum*: quodcunque enim lignum si destilletur, acidiusculum inde suggeret spiritum, qualis est ∽ ligni juniperini, sassafras, &c. Imò ipsa fuligo, si destilletur per ♋am, spiritum acidum præbet subtilem, & sal volatile copiosum satis.

In animali regno pauca sunt acidorum vestigia, quia sunt acida occulta, & sub tegmine oleosi corporis seu ♃is latent; hinc ex omnibus salibus urinosis cum pinguedine, ratione occulti acidi, conficitur sapo: *Vid. TACCHENII Hippocrates Chymicus.* Quare omnia oleosa, ex animalium partibus deprompta, fovent acidum concentratum, quæ cum urinosis si conjungantur, dant tertium salsum. Interim formicæ acidissimum fundunt spiritum, qui pristinâ suâ aciditate à subjectis ab eo corrosis abstrahitur; imò jamdum *BRUNSFELD, BAUHINUS,* & *TRAGUS* observarunt, quod flores cichorii, cumulo formicarum immersi, colorem suum cæruleum cum rubro mutent. De acido stomachi secundùm naturam non est, quod dicam multa, cùm de ejus præsentia vix ullus dubitet. Rejecta quoque præternaturalia ex ventriculo suam sæpè produnt aciditatem, pelvium æneatum substantiam corrodendo; ut taceam de ulcerum acido corrosivo, quod ipsa quoque ossa subinde corrodendo in cariem vertit. De ⊡ animalium, quæ ♎sa, alibi dicemus.

Hæc fuêre acida.

Hoc adhuc *notetur*, quod ubicunque dentur acida, ibi etiam sint urinosa: ita tamen, ut modò dominetur acidum, subjugato urinoso; modò urinosum imperii fasces teneat, suppressô acido.

Videamus jam breviter

SALIA URINOSA.

quæ ita appellantur, quod referant ⊡æ saporem degustanti. Hæc duplicia autem sunt: Volatilia ac Fixa.

Salia volatilia sunt, quæ aut spontè exhalant, aut levi calore in auras elevata avolant, imò vix in vasis, licet probè munita sint, conservari possunt: tale quid est ∽ ♎ ci.

Salia verò *fixa* sunt, quæ in △ examine non avolant, sed illum cum constantia sustinent: talia sunt omnia cinericia, seu ex cineribus elicita, v. g. sal ♀i, ♎ absinthii, fumariæ, centaurii minoris, &c.

Hos terminos (Volatile & Fixum) quidam explicare conantur per ☿ leve & grave: sed qualitatibus his sine subjecto relictis, eorum rationem à rebus ipsis desumendam puto.

Sal volatile imprimis in regno animali & vegetabili sui copiam facit, rarissimè (utut multi valdoperè conitantur) *in regno minerali comparatur. Salia* volatilia omnium frequentissima sunt in regno animali; quælibet enim pars, etiam abjectissima, v. g. stercus, ⊡, pili, sudor, cornua, imò aves & pisces, per destillationem copiosum reddunt ♎ volatile, relicto in capite mortuo aut nullo prorsus, aut paucissimo ♎e fixo: *Vid. ZWELFFERUS in Animadvers. in Pharmacop. Augustan. pag.* 274. 277. *& Pharmacop. Reg. pag.* 221. & 226. ut dubitem, ut ex integro homine calcinato ℥j. ♎is fixi haberi queat. Salia hæc in animalibus volatilisantur partim per digestiones fermentativas, partim verò per continuam ♎is inspirationem.

Ast non solùm regnum animale hac laude clarere, verùm etiam *è vegetabilium regno provenire salia urinosa,* suprà dixi; eaque acriora, e. g. in armoracia, cepaceorum familia, nasturtio, piperitide, & similibus antiscorbuticis & hypochondriacis. Quædam autem habent talia ♎ia volatilia temperata ab adjuncto oleoso, qualia sunt aromatico odore prædita, mentha scilicet, salvia, rosmarinus, omniaque aromata, quæ constant ♎e volatili urinoso, ab oleo temperato: quædam vegetabilia obtinent ♎ia volatilia occultata, qualia sunt Vulneraria, quæ utplurimum insipida deprehenduntur; quorum tamen ♎ ab effectu nobis manifestum evadit, quod revivificet Mercurium sublimatum vel Mercurium ♨atum. Transformatur enim Mercurius in varias formas, beneficio ♎ium acidorum; qui si misceatur cum herbarum vulnerariarum succis ad ebullitionem, acidum istud, Mercurium in varias formas vertens, ab alcali vulnerariarum plantarum absorbetur; quo destructo, ☿ pristi-

pristinæ suæ libertati restituitur. Verùm utut hæc etiam manifesta sint, sunt tamen quidam, qui dubitant de horum vegetabilium ⊖ibus volatilibus, inter quos etiam est *ZWELFFERUS in Pharmacop. Reg. pag.* 215. *&* 216. *& MOEBIUS Fundament. Medic. cap.* 10. *pag.* 190. dicuntque, non dari in iis ⊖ volatile simplex, nec arte elici posse. Hos tamen sensus ipsi evincunt: Conf. *SCHROECKII Animadvers. in ZWELFFERUM pag.* 525. *&* 526. Videmus namque, quod ex fuligine ⊖ volatile urinosum, sicut ex absinthio urinosum sal volatile, sibi acquirant quidam, *de quo vid. HORSTIUS.* Alio modo ex absinthio exsiccato, ☾æ indito, aut quod præstat, furno pressorio *GLAUBERIANO* indito, ac incluso, elicitur & ∽ & sal volatile urinosum copiosum subtilissimum. Sic ex vegetabilibus putrefactis non fermentatis (nam ex plantis fermentatis accipitur ∽ ardens instar ♈) elicitur ∽ urinosus; imò ex salvia, nicotiana, &c. mox in prima destillatione sal volatile in forma sicca collæ ☾æ & recipienti adhærescit: maxima salis volatilis copia ex *seminibus*, e. g. *fraxini, ruta, &c.* △e ∴æ destillatur, parietibus recipientis adhærescens cum oleo penetrantissimo. Ex *pane* per destillationem comparatur ∽ *ardens*, & si rectè procedatur, *sal volatile* elegantissimum; ut nihil dicam de *tartaro*, ex vegetabilibus oriundo, ex quo ≏atur *sal volatile* maximæ efficaciæ, in specie si *ex fecibus vini* eliciatur: *vid. LUDOVICI, & WEDELIUS de sale volatili tartari & plantarum*, item Dn. D *BOHN in Exercit. Physiol.* 7. *de Sanguine, in Corollariis*, ubi ex frumentis & pipere sal volatile copiosissimum & penetrantissimum prodire testatur.

De sale volatili in regno minerali testatur ♈ nitrosa, ☉ ipsum, quod probè depuratum, & cum nitro fixo mistum odorem urinosum, fortiter nares ferientem, spirat: sicut & argilla per ☾am destillata liquorem urinosum fundit.

Pergo ad *salia fixa*, quæ *producuntur ex vegetabilium cineribus*, & reperiuntur imprimis in regno vegetabili; nam *in animali regno* talia *sunt vel nulla vel pauca. In minerali* prostant *paucissima*, scilicet sal nitri fixum; & quæ mediantibus spiritibus acidis ex metallis producuntur, sunt nil aliud, quàm ⊕la, constantia corpore metallico, cum spiritu acido corroso & crystallisato; quæ igne fortiori iterum separari & reduci possunt. In vegetabili regno sunt, veluti dictum, exempli loco sal fumariæ, absinthii, rutæ, carduibenedicti, ononidis, &c. Hæc salia fixa vegetabilium non sunt nativa, qualia fuêre acida in regno minerali; aut volatilia urinosa: seu talia fixa salia vegetabilium non reperiuntur in concretis naturalibus, sed sunt artificialia, & fiunt ab ignis regimine, ex colliquatione & unione acidi & urinosi volatilis in planta, ita, ut clarior horum generandi modus sit hic: Sub concrematione plantæ, dum colliquescunt particulæ concreti, sal plantæ volatile partim inter avolandum arripit partem ♃is concreti, cum eodem se unit & figitur in alcali, partim quando colliquantis ♃is amplexus auffugit, abit in auras, & constituit fuliginis corpus. Hinc est, quod vegetabilia, quo magis oleosa, copiosa dent salia fixa; econtra oleis per destillationem separatis longè minorem copiam. Modus, quo fiant ex lignis copiosiora salia fixa, seu cineres clavellati, sequitur: Lignum pini si crematur clauso vase aut loco, volatile ♃ ejus arripit, & fixantur in alcali artificiale compositum; sin verò cremetur in ≏e libero, paucos dabit cineres, & per consequens paucissimum sal fixum; flamma enim liberâ & apertâ salia volatilia propter celerrimum hujus motum, nimium dissipantur. Lenissimo ergò, quantum fieri potest, igne incineratio fiat: hac ratione quadruplo salis fixi acquiritur, quàm ex plantis exsiccatis & fortiori igne. Sic ligna putrida, fortissimo quamvis urgeamus igne, nullum dant ⊖ fixum, quia in putredine omne ⊖ volatile cum ♃e abscessit; hinc plantæ scorbuticæ acres, e. g. cochlearia, &c. quorum sal volatile adeò liberum est, parum; vegetabilia autem viridia non exsiccata multum salis fixi præbent, quia per exsiccationem maxima pars salis volatilis avolat. Vegetabilia verò multa habent salia fixa, imprimis horum generationem ostendit sal nitri fixum: si ☉ solum cremetur igne, abit in auras; sin verò addatur parum ♃is, relinquitur perfectum sal nitri fixum, eôque copiosius, quo plus ♃is additur. Fundamentum fixationis videbitis apud *HELMONTIUM in Tract. Blas Humanum, & TACCHENIUM Hippocr. Chymico.*

Hæc *salia fixa dicuntur salia lixivialia*, quoniam instar lixivii vel ex lixivio extrahuntur: *Alio nomine*, & quidem Arabibus, dicuntur *Alkalia, à Kali*, herba Ægyptiaca, crescente secundùm nitrosum flumen Nilum, sapore nitroso, quæ à veteribus Ægyptiis fuit concremata, & ex eadem copiosum elicitum fuit sal fixum, quod Ægyptii dixêre Kali, & præposito Articulo Al, ortum est Alkali, das Kali. Hæc herba hodienum reperitur apud Seburgum, & est species sedi. Hoc latiùs fuit extensum ad omnia salia vegetabilium: sed cùm observatum esset, quod, tàm volatilia quàm fixa Alkalia essent contraria acidis, factum est, ut latiori adhuc sensu omnia salia, quæ contraria sint acidis, seu urinosa, tàm volatilia quàm fixa dicta sint Alkalia. Unde *vocabulo Alkali imposterum semper utemur pro omni sale urinoso, tàm volatili quàm fixo.*

SAL *SALSUM.*

Prædicta salia, acidum nimirum & alcali, dum invicem congrediuntur, sal compositum tertium, nimirum *salsum* constituunt, quod, *neque est acidum nec urinosum, sed*, uti dictum, *compositum ex sale alcali & acido*, salsum appellatum. Hæc est genuina salis salsi natura, ut scilicet participet de duplici sale. Sed *ZWELFFERUS* usurpat sal salsum sæpius pro sale urinoso, quod tamen falsum; unde cautè legenda ejus sunt scripta. Hæc in genere.

Salsa, juxta naturam alcalium, quæ cum acidis combinantur, *sunt vel salsa volatilia vel salsa fixa. Salsum volatile* est, quando cum acido se unit alcali volatile; & tale est, quod in △ tortura evanescit, e. g. sal ammoniacum. Hoc ⊖✳, uti post dicemus, constat ex sale alcali volatili urinæ, & ex acido salis communis: Et hoc acidum, quia concurrit cum urinoso, fit salsum. *Salsum fixum est*, quando cum acido sese conjungit alcali fixum, v. g. spiritus vitrioli & ⊖♀. Hæc salsa sunt naturæ hermaphroditicæ, seu participant de utroque, de acido & urinoso, ita tamen, ut acidum destruat alcali & regnet, aut alcali subjuget acidum, imperiumque gerat, unde ex amborum concursu fit tertium salsum, compositum ex his neutrum, de utroque tamen participans. Quamvis autem videamus, quod

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0445-5 DFG

Acida cum urinosis se sine effervescentia non commisceant, nihilominus *salsa sine* ulla *pugna atque activitate cum urinosis & acidis sese maritant.* Pugnam illam seu effervescentiam observabitis, si ∽ vitrioli acidus ⊖♀, tanquam lixivioso, affundatur; illi enim magno cum strepitu effervescunt, & uniuntur tandem in ⊖ ⊖sum, quod vocatur ♀⊕ *latus saporis vix sensibilis, vel parum amaricantis.*

LECTIO VI.

Dictum fuit superius, quod

SAL AMMONIACUM

sit *sal salsum*, sed ⊖ ⊖sum *volatile:* Nostrum quidem sal Ammoniacum non est idem cum sale Ammoniaco Veterum; hoc enim fuit nativum, nostrum verò artificiale est. Veterum fuit enatum sub ⁂ in Regione Lybiæ juxta Ammonis Oraculum, unde etiam nomen sortitur. Ibidem loci fertur, in more fuisse Mercatoribus sub camelis iter suscipere; unde cum ⊡ camelorum confermentata ∇ produxit ⊖ Ammoniacum nativum veterum. Nostrum ⊖ ammoniacum constat ex sale communi, qui dissolvitur in magna copia ⊡æ humanæ, vel urinæ camelorum, aut aliorum animalium, additâ pauca fuligine: (ut sit centesima præter propter totius portio) hæc forti igne coqvuntur ad certam consistentiam, postmodum in loco frigido concrescit ⊖quoddam candescens, quod dicitur ⊖ Ammoniacum.

Compositionis seu *Generationis modus* est hic: sal volatile ⊡æ & fuliginis sub coctione ista, dum evaporat phlegma (nam post phlegma debet adscendere ⊖ volatile) se conjungit cum acido ⊖is communis, & ambo concrescunt in massam ⊖sam, quæ dicitur ⊖ Amoniacum; & est ⊖ ⊖sum volatile, natum ex ⊖e volatili ⊡æ, & acido ⊖is communis.

Usus ⊖*is Ammoniaci* est *duplex:* vel est *Medicus*, vel *Alchymisticus.* Quod attinet usum Medicum, *est stomachicum singulare*, tergens sordes stomacho adhærentes, unde *in ἀκρωψία, si conjungatur cum aromatibus, cinnamomo, pipere, speciebus diatrion pipereon, vel cubebis, vix datur melius stomachicum hoc ipso.* Deinde quoque *est Antifebrile nobilissimum* in febribus intermittentibus, si præmissis præmittendis, in specie vomitu, per horam unam ante paroxysmum exhibeatur à gr. xv. ad ⊖j. mitigat febres quartanas, & melior expectandus est successus, si misceatur cum lapillis cancrorum: v. g.

℞. ⊖✳*ci depur.* gr. xv. ad ⊖j.
lapill. ♋. *præp.* gr. viij. ad ⊖ß.
M. f. Pulvis.

Detur ante paroxysmum: Ratò bis assumitur, nisi febris altas egerit radices, quin cesset.

Aliàs quoque *potens est Diureticum cum lapillis cancrorum* assumptum, præcavetque calculi proventum, abstergendo renum tubulos: Unde *in ischuria*, tàm à sanguine congrumato, quam ab alia causa quacunque, egregium præstat effectum.

Præparatur pro usu medico depurando tantùm. *Depuratur* autem hoc modo: solvitur in aqua simplici, filtratur, & post tenuissimi phlegmatis exhalationem in loco frigido concrescit in strias ⊖ini formes.

Sal Ammoniacum solutum in aqua simplici, vel solum ♎*atur in flores*, vel, ut quidam volunt, sublimatur cum limatura Martis; tunc enim in igne acidum ⊖✳ci rodit Martem, & ⊖ constituit cum eo; sal volatile verò vel urinosum avolat in auras: fortiori tamen igne adscendunt flores ⊖ini, sed Martiales longè posteriores, non quidem contemnendi, sed multùm diversi ab ipso ammoniaco.

Usus Alchymisticus ⊖is Ammoniaci *est pro volatilisatione sulphurum fixorum, metallorum & mineralium.* Docet hoc *BASILIUS VALENTINUS*, cujus verba Germanica sunt: Der Salmiac ist nicht der geringste Schlüssel aufzuschliessen die Metallen/ darum er auch von den Alten einem flüchtigen Vogel verglichen wird. Er kan ausführen die Farben und Tincturen der Mineralium und etlicher Metallorum, und mit seinen geschwinden Federn biß auf das Gebürge hyperboreas führen. Unde etiam vocatur *aquila alba, aquila cœlestis*, quia beneficio ✳ci ⊖is facilè res possunt ♎ari, & ab eo instar aquilæ in altum evehi. Sic lapis hæmatites, qui est naturæ Martialis & Saturninæ, si probè subigitur cum ⊖e ammoniaco, ambo adscendunt in flores rubeos, *in usu Medico* excellentes; in specie in omnibus febribus conveniunt: simul quoque adscendit ∽ ⊖✳ci. Sic sublimationem solis cum sale ammoniaco docet *ZWELFFERUS in Mantissa Hermetica*, qui videatur. Corallia, quorum ♃ aliàs fortiter mistum est cum suo concreto, nihilominus tamen cum ⊖e Ammoniaco ♎antur in flores rubeos; subinde novâ ♎ation magis fortificandos, ex quibus posteà ℞ elegans confici potest. Sic quibusdam singulare artificium est, dum caput mortuum vitrioli Veneris probè calcinatum, & exactè edulcoratum, miscent cum ⊖e Ammoniaco, & ♎ant in flores coloris aurantiorum; sub quibus multa latent in specie virtus blanda hypnotica in *iis* reperitur. Imò non absimili modo *MARCUS MARCI* ♎avit ☽ pro lapide Butleri *HELMONTII.* Hæc in aurem dicta sunto.

Ut autem *separatio acidi ab urinoso volatili in* ⊖*e Ammoniaco fiat*, quid faciendum? Resp. *Addantur salia alcalia*, v. g. sal tartari, ⊖ cinerum clavellatorum, aut calx viva: sic enim fit, ut hoc ⊖ alcali fixum conjungat se cum acido ⊖is communis, in ⊖e ammoniaco contenti, ⊖ volatile contentum se extricat ex compedibus, & in naturali forma adscendit, vel in forma florum, vel in forma spiritus: Sal tartari enim vel cinerum clavellatorum in fundo cucurbitæ ⊖i communi, à ⊖e ammoniaco relicto, junctum remanet, ita ut ∽ ⊖✳ci de ⊖e fixo addito nil participet; sed si △ ultimò fortius augeatur, notabilis ⊖✳ci portio in flores elevatur. Modi describuntur à *GLAUBERO Furnor. Philosoph. Tom. 2. cap. 87. ZWELFFERO in Append. ad Pharmacop. Augustan. pag. 53. & SCHROEDERO in Pharmac. lib. 3. pag. 482.*

Quare autem acidum ⊖*is Ammoniaci libentiùs se conjungit cum alcali fixo, & salsum volatile dimittit in liberum aerem?* Resp. quod fixa fixis libentiùs sese maritent, naturâ illorum ita jubente. Præterea quoque alia subjecta, præter alcalia, junguntur acido, in specie ⊖✳ci, v. g. limatura martis, minium, & à *GLAUBERO l. a. cap. 86.* lapis calaminaris & marcasita: idque, quia hæc corpora metallica nondum saturata absorbent acidum ⊖✳ci, & ejus ⊖ volatile liberæ relinqvunt voluntati, ut vel in forma ⊖*is*, vel ∽ urinosi assurgat. Notetur, quod ∽ ⊖✳ci cum sale tartari, cineribus clavellatis, vel aliis alcalibus fixis destillatus sit ⊖sus volatilis, & acido constet, quia coagulat se in flores siccos, & cum spiritu vini in offam albam condensatur, sicut ∽ ⊡æ cum spiritu vini; cum ♆a autem destillatus est penetrantissimus, nunquam coagulatur, & semper fluidus existit.

Ordi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0446-1 DFG

Ordinatiè spiritus ⊖✳ci est coloris albi facile tamen ipsi potest conciliari color aureus cum ♁e communi, si

℞. ⊖✳ci
♁u comm. ℥v.
♀æ ℔ß.

Hæc pulverisata misceantur, & destillentur per retortam, prodit spiritus caloris aurei, ℞♁is quibusdam dictus, *odoris fœtidi ratione sulphuris*; in collo retortæ simul adhærescent flores sulphuris albicantes.

Sed *notandum*, quod *Alcalia volatilia, ubi inveniunt subjecta sulphurea, ex utrorumque conjunctione oriatur color ruber*, unde quis rationem rubedinis in sanguine facile reperiet.

Porro *spiritus* ⊖*is ammoniaci excellens est Sudoriferum*, quia penetrat fortiter corporis intima. *Dosis ejus*, prout fortis vel debilis, erit à guttis xxx. XL. ad L. habitâ ratione subjecti; & eô ipso, dum est ⊖ volatile, *destruit omnia acida superflua in corpore, & transmutat in salsa*, quæ partim per sudorem, partim per urinam evacuantur: *Hinc egregium est nephriticum*, & præcavet calculum, suâ penetratione resolvit massam sanguineam, eamque fluidam reddit ac tenuem, unde *in quibuscunque inflammationibus*, v. g. in erysipelate, pleuritide, ubi acidum vitiosum sanguinem coagulans dat inflammationes, *egregium est remedium, destruens acidum, & resolvens coagulatum sanguinem.* Id quod confirmat experientia; si enim cani spiritus ⊖✳ci injiciatur in venam, sanguis fluidus evadit.

Dictum, quod ⊖ *ammoniacum sit* optimum *febrifugum*, & hoc *à sale volatili obtinet*: & verum est, quod si hoc & ejus ∽ in febribus, præsertim intermittentibus, simplicibus & scorbuticis, sive adsit æstus sive frigus, per horam unam & alteram ante paroxysmum à ʒß ad ʒj tempestivè, præmisso vomitu, adhibeatur, infallibile existat remedium, cujus usu febris octana curata est: Unde etiam *Dn. D. MICHAELIS* spiritum ⊖✳ci in genere vocavit spiritum antifebrilem & antiquartium. Omnia enim symptomata, in cursu febrium intermittentium urgentia, beneficio hujus ∽, nunc simplicis nunc oleosi, maturè tolluntur & compescuntur.

In *cardialgia flatulenta, anxietatibus præcordiorum*, & ipsa *suffocatione hypochondriaca* & *uterina*, in paroxysmo non tantùm naribus admodus (sic quidem potentius excitat, quàm ex castoreo aut pennis incensis petita remedia) sed etiam *internè in* ▽ melissæ, pulegii &c. exhibitus, optimum est medicamentum, per sudorem causam eliminans morbosam. In cœliaca, ubi obstructus est folliculus, felleus seu ductus choledochus, in Colica convulsiva, &c. est optimum remedium, nec non catarrho suffocativo vitio nervorum, lipothymia subitanea &c. in paroxysmo. *In affectibus Chronicis*, scorbuto, malo hypochondriaco, & in spleneticis, aut in genere in iis affectibus chronicis, vulgò ab obstructionibus derivatis, *egregium hic spiritus præstat effectum*: si permisceatur cum spiritibus volatilibus appropriatis, v. g. in scorbuto cum spiritu cochleariæ; in mensium obstructionibus cum castoreatis & myrrhatis tàm in forma sicca quàm liquida, tàm *externè quàm interne*; *non solùm dolores podagricos lenit, destruendo acidum* Podagricorum *juxta articulos residens, si misceatur cum spiritu vini camphorato, ita, ut sumatur dupla pars spiritus vini camphorati, & una pars spiritus* ⊖✳*ci*; *& applicetur*; sed etiam hic ∽⊖✳ci artificiosè à *GLAUBERO per certum instrumentum in mensium obstructionibus fœminis* cum successu adhibetur.

Spiritus ⊖✳ci si conjungatur ritè cum spiritu vini, quod est artificium (nam *si spiritus vini misceatur cum spiritu* ⊖✳*ci, se coagulat in massam quandam*, seu, ut *HELMONTIUS* dicit, in offam crassam) Qui ergò ritè conjungere noverit, habebit menstruum egregium pro myrrha extrahenda, item pro Elixyre proprietatis sine acido, fœminis destinato: Hoc etiam modo parari potest ∽ ⊖✳ci anisatus, qui in Colica convulsiva, passione hysterica, malo hypochondriaco, suffocatione hypochondriaca, & singultu, specificè convenit: Eadem mistura (scilicet *spiritus vini cum spiritu* ⊖✳*ci mistus*) *solvit terram foliatam tartari in essentiam auream*, optimam in malo hypochondriaco, teste *ZWELFFERO*: Hæc mixtura, limaturæ Martis affusa, dat essentiam Martis optimam in morbis Chronicis.

Caput mortuum sp. salis ✳*ci* si solvatur in ▽ calida, filtretur & coaguletur, *dat sal salsum*, optimum digestivum, in virtute tamen varians pro ratione eorum, cum quibus ⊖✳ junctum destillatur. Sic v. g. si ⊖✳ cum cineribus clavellatis junctum destilletur, ejus caput mortuum dabit ⊖, qui optimum digestivum est in malo hypochondriaco, ad ℈j exhibitus; item in scorbuto convenit: *STLVIUS* utitur hoc ⊖ loco digestivi in quartana, inque omnibus intermittentibus febribus, felici cum successu. Si paratur ∽ ⊖✳ci cum calce viva, ex capite mortuo paratur ⊖, quod optimum est lithontripticum ad ℈j, in ▽ appropriata propinandũ. Idem *caput mortuum, si solvatur in* ▽, *& affundatur limaturæ Martis, eundem rodit in crocum Martis optimum*, & sanè meliorem eô, qui fit cum ⊖ibus.

TACCHENIUS in Hippocr. Chymico pag. 66. cum bolo spiritum acido-salsum destillat, quem *spiritum* ⊖✳*ci acidum* vocat. Alium modum habet *ZWELFFERUS in Mantissa spagyr. pag. 338.* qui autem nil aliud est, quàm ∽ ⊖is communis non adeò actis, quia acidum in marte relinquit: subdulcis est, quia de Marte participat.

LECTIO VII.

Dixi superiùs de

TARTARO VITRIOLATO,

quod sit ⊖ sum, *ex sale tartari & spiritu vitrioli constans*, & si rectè saturationis punctum repertum, abeat in saporem vix sensibilem, parùm amaricantem. Hunc Tartarum vitriolatum vocat *HARTMANNUS digestivum Universale*: id quod verum est. Præterea *est stimulus optimus Purgantium*, si modò conjungatur cum Purgantibus; & tum quarta pars Purgantium sufficit: e. g.

℞. ♀i ⊖ *lati* ℈ß ad gr. xij.
scamm. ♁*ati* gr. ij
troch. alhand. gr. j.
℥ß *destillat. anisi* gutt. j. l. ij.
M. D. S.
Purgier-Pulver.

Hic, utut vix quarta vel quinta pars Purgantium adsit, tamen movebit 6. vel 8. sedes, quia Tartarus Vitriolatus vim Purgantium intendit & promovet, sine torminibus ventris. Hoc autem ut fiat, necesse est. ut ∽ vitrioli sit probè rectificatus & separatus à particulis Venereis metallicis, quas secum rapit sub destillatione prima, aliàs nauseosus existit Tartarus Vitriolatus. Hinc *optimum est Diureticum & urinam ciens*, & concrementa ac *latitantia circa vel intra vasa* ⊡*ria abstergens.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0447-6 DFG

SECTIO IIX.

Doctrina ⊖ium manu quasi nos ducit ad *Coagulationem*.

COAGULATIO

autem fit, quando res liquidæ ad solidam substantiam per humidi privationem rediguntur; *estque duplex, frigida* nempe & *calida. Res* enim quædam *in calido solutæ, in frigido coagulantur*; v. g. talia essentialia in calido liquescentia coagulantur in locis frigidis; ☉ in ▽ calida solutum in frigido coagulatur ac crystallisatur iterum. *Quædam* verò *in frigido soluta concrescunt in calido*; v. g. Talia cinericia ex lixiviis cinerum parata, in loco frigido ▽æ instar fluentia, in calido concrescunt. *Fundamentum diversitatis consistit in spirituum præsentia vel absentiæ: sic salia, magnam spirituum copiam in destillatione de se promentia, in calido solvuntur, & in frigido coagulantur*, v. g. nitrum, ⊖, ○, ⊖ commune, &c. & sic econtra: Vid. *LIBAVTUS l. 2. Epist. 7. de Coagulatione.*

SECTIO IX.

Pertinet quoque huc

CONGELATIO & CRYSTALLISATIO

quoad *Congelationem*, hæc satis nota est Pharmacopœis & coquis, quando parant ex succis fructuum & partibus animalium nutritivis Gelatinas. *Crystallisatio* autem propriè competit ⊖ibus, quando post evaporationem proportionatam liquoris solventis ⊖ ia latiùs antea dispersa, congregantur & invicem uniuntur. Liquor hic crystallisandus loco frigido vel cellæ exponitur, sic pori menstrui; constringuntur, & ⊖ ia in certam figuram, pro texturæ particularum varietate, concrescunt. Notandum autem in Crystallisatione, ut humiditas evaporet ad pelliculam usque, solutione supernatantem: aliàs ⊖ ia nimis discontinuata non crystallisantur; sin autem nimia liquoris quantitas evaporet, loco crystallorum ⊖ ia in forma mellis in fundo remanent. Salia Crystallisationi apta sunt salia ⊖ sa, seu alcalia certâ proportione acidi saturata; unde ⊖ ia alcalia fixa communiter, ast malè, cum ♃e calcinantur, aut cum spiritibus acidis irrorantur, quia nec sola acida, nec sola alcalia, crystallisari possunt; maximè tamen acida, vel corpore metallico quodam, aut ⊖ibus alcalibus *saturata, ad Crystallisationem faciunt.*

SECTIO X.

EFFERVESCENTIA.

Dictum hactenus fuit quod, *ubi acidum concurrat cum urinoso, in motum* ambo *cieantur* non levem; quia in acidi & alcali actione duo veniunt consideranda: quod

(1) Se mutuò destruant; &
(2) quod *iste concursus* ⊖ium fiat *per insignem motum & agitationem.*

Primum quod attinet, hoc non ita intelligendum est, ac si acidum cesset acidum esse, ac urinosum amittat naturam urinosi; sed quod *ex mutua miscela hæc salia ita se attemperent, ut acidum, qua acidum, non amplius se exserat, nec alcali, qua alcali, suas patefaciat actiones*, quando *ex ambobus fit tertium compositum salsum*, neutrum simpliciter absterſivum.

De secundo, quod non sine effervescentia agant acidum & alcali, ulterius dispiciendum. Nam videmus in *conjunctione salis tartari & spiritus vitrioli*, ex quorum combinatione *oritur nunc effervescentia*, nunc fermentatio, pro duplici statu ⊖ium, in quo solet esse constituta: Nam quando ⊖ ia sunt pura, & non permista cum aliis particulis, mistum componentibus, fit Effervescentia; sin verò ⊖ ia sint impura & aliis particulis mistum componentibus sint associata, tunc *ab ista actione solet fieri fermentatio. Ratio* est, quia ⊖ ia, si non sint temperata ab aliis particulis materialibus, propiùs se contingunt, & efficaciùs in se agunt, & fit Effervescentia; sin verò inter hæc ⊖ ia aliæ particulæ materiales intertextæ sint, impediunt ⊖ ia aliæ particulæ materiales intertextæ sint, impediunt ⊖ ium proximiorem sui concursum, & fit fermentatio. Effervescentiæ exemplum videre est in ⊖ e ♀i cum spiritu vitrioli volatili; item, si mistura fiat ex spiritu acido quocunque, cum ⊖ e volatili; tunc enim insignis oritur Effervescentia: Contrà in musto, dum ⊖ ia ejus duo constitutiva intertexta sunt multis particulis materialibus, conspicua fit fermentatio, unde mustum per fermentationem alteratur in ♈. Generatio vini ostendit modum effervescentiæ & fermentationis: nam ✝ est ⊖ acidum vini purum; item ⊖ ♀ etiam est ⊖ vini purum: Si combinentur, excitant effervescentiam; dum verò ♈ degenerat in ✝, fit per fermentationem, dum acidum & alcali vini, interpositione particularum aliarum, mistum constituentium in motu effervescentiæ impediuntur, ut minus liberè & citò in se invicem agere queant.

Propriè effervescunt ⊖ *ia pura, acidum & alcali*: v. g. spiritus vitrioli si misceatur oleo terebinthinæ destillato, effervescentiam dabit intentissimam cum ardore summo, propter ⊖ volatile oleosum, in oleo terebinthinæ, concurrens cum acido vitrioli: sic *oleum tartari per deliquium affusum alumini*, in quo est acidum fortiter concentratum, *effervescentiam excitant non levem: in calce viva affusâ aquâ fit effervescentia* propter urinosum, quod acidum aggreditur, & se uniendo effervescit.

Præter alcalia manifesta subinde quoque *corpora terrestria* dantur, quæ absorbendo acidum, *alcali habent occultum* aut planè nullum, saltem absorbendo acidum *acidisque affusa effervescentiam blandam excitant, & ita* etiam *ad alcalia referuntur*: Quo pertinent *corpora metallica*, in specie *Mars & Saturnus*, quæ *effervescunt propter partes terrestres, acidum absorbentes*: Hæc si alcalibus adnumerentur, altioris erit indaginis. Hinc *corallia affuso succo citri* vel limonum *effervescunt*: sic *creta cum acidis effervescit*: item *marmori si affundatur* ∼ ⊖ *is, effervescentia motum præ se ferat*: *Marti si affundatur spiritus vitrioli*, cum intenso calore *effervescit*: Major *exoritur effervescentia, si spiritus nitri* seu ▽ *affundatur Martis limaturæ*; cui Misturæ, si affundatur ♁ ♀ i per deliquium, tanta fit effervescentia, ut vitra rumpantur. Notum est, quod *partes salium duræ*, v. g. dens apri, cornu cervi, lapilli cancrorum, conchæ perlarum, & *omnia conchylia, cum acidis effervescant, quia in his absconditum alcali volatile*, quod destillatione se prodit. Dum ergò ab acido solvuntur hæc subjecta, occurrit ⊖ volatile alcalium, cum quo effervescit. Ratio autem, cum alcali & acidum invicem commista validè agitentur, ita ut calor oriatur, obiter hîc notetur: In quibusdam effervescentiam oriri cum intenso ardore, in quibusdam verò frigidâ percipi, vel non intensam. *Effervescentiæ Calidæ* fiunt cum ⊖ ibus fixis à subjectis ∠ eis elicitis, aut ⊖ ibus volatilibus oleosis; *Effervescentiæ* verò *frigidæ* fiunt, quando ⊖ volatile purum cum acidis puris concurrit: Hic ∼ ⊖ ♃ci cum spiritu salis, item spiritus urinæ & ∼ salis, concurrit citra insignem effervescentiam, utut hîc circumstantiæ quædam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0448-2 DFG

dam penſitandæ. Cur verò efferveſcant dicta ⊖ ia, in cauſa eſt conformatio mechanica particularum ⊖ inarum, dum nempe ita ſunt conformatæ, ut ſubjecto fluido permiſtæ propter figuræ diverſitatem & ſingularem inæqualitatem in ſe impingant, unde unum trahit alterum; Acidum rodit alcali, alcali abſorbet acidum, & hoc tamdiu fit, donec tandem concurrant inæquali ſituatione, donec mutuò cohæreant. Ut feliciùs percipiatur hic efferveſcentiæ modus, imaginandum eſt, quod ⊖ ium acidorum partes ſint conicæ & acuminatæ, partes verò ⊖ ium alcalium ſint fiſſæ, unde inter hæc pugna tamdiu continuatur, donec acidum ſubeat alcali fiſſuras, & uniant ſe in ⊖ ⊖ ſum tertium, neutrum ex his.

LECTIO XI.
DE
FERMENTATIONE.

Quod attinet Fermentationem, dixi, eam talem eſſe motum, in quo acidum & urinoſum concurrendo ſimul alias particulas miſtum componentes in motum cient: nam *à ſale dependet miſtionis vinculum; quamdiu* enim *ſalia ſunt unita, & ſimul tenent alias particulas miſtum componentes, corpora manent in ſuo naturali ſitu; ſin* verò *reſolvantur*, miſtum brevi fatiſcit, & dum commoventur illæ particulæ, & hinc *fit Fermentatio*. Sub hac fermentatione vel particularum motione *inſignis* Miſti *fit Alteratio*, quæ exinde oritur, quia ſic ⊖ ia iſta ſub iſto motu de novo ſe unire geſtiunt, &, dũ ita ſe unire volunt, quasdam particulas in unionis conſortium rapiunt, alias verò non benè unibiles ſeparant, quæ, ſi leves ſint, ſupernatant, graves verò ad fundum ſecedunt, & ſecum nomine veniunt. Tota Fermentationis ratio eſt unio ⊖ ium, ſub qua unione partes unibiles conſociantur, partes verò non miſcibiles aut ratione ponderis, aut aliam ob ſui diſpoſitionem ex porulis corporis excluſæ, ⊽antur ad fundum, ex qua unione nova miſti textura & inſignis alteratio procedit: Sic in *Muſti Fermentatione*, dum *concurrit acidum & alcali*, nova fit fermentatio vel alteratio liquoris, qui dicitur ♈ *quod ulteriori fermentatione*, quâ acidum exaltatur, urinoſũ verò ſupprimitur, rurſus alteratur, novaq; fit miſcela, quæ dicitur Acetũ: Hæc Fermentatio fit tamdiu, donec ex diuturna actione acidum & alcali ſuam perdant naturam, & tandem in aquoſa liquamina, ſeu ens primum & ultimum, *aquam* redeant, niſi forſan accedente novo ſeminio nova fermentatio inchoẽtur: ſic fructus auſteri per fermentationem moderatam ſuavem dulcedinem acquirunt; illâ autem protractâ & continuatâ, aceſcunt: item ſucci vegetabilium potiſſimorum per aliquot ſaltem ♂ ♀ fermentati, per deſtillationem ſpiritum ♁ eum inflammabilem fundunt; quod ſi verò fermentatio ad aliquot ſeptimanas protrahatur, in ✠ acerrimum degenerant. Unde *BASILIUS VALENTINUS* rectè Fermentationem clavem omnium mutationum dicit, eò quod per hanc particulæ corporum activæ, aliis hactenus involutæ, agitentur & commoveantur, & ſic crudiores eorum partes magis matureſcant & volatiliſentur.

In his operationibus *aëris ſumma eſt neceſſitas*, adeò, ut *primaria* hîc *Fermentationis* exſtet *cauſa*. Certum eſt, quod v. g. *muſtum in dolio concluſum non fermentet* propter defectũ ♁ is, aut ſi fermentet, ipſum continens diffringat. *Ratio* hîc eſt vis ♁ is elaſtica, unde ♁, dum ſe immiſcuit ⊖ ibus, virtute ſuâ elaſticâ ſe expandit, & ⊖ ia magis magisquè commovet, unde fermentatio acceleratur. Illuſtrat hoc *Dn. BOYLE in Tract. de vi aëris elaſtica*; quando corallis affundit ſuccum limonum, quem deinde poſuit in recipiens ♁ e exhauriendum, unde leves efferveſcentiæ factæ ſunt, poſtmodum orta ingens efferveſcentia, quia ♁, exhauſtâ virtute elaſticâ, liquores exagitare & efferveſcentiam excitare potuit: Vid. plura apud Dn. Boyle Tract. dicto.

Ex his videmus, quanta ſit convenientia inter Fermentationem artificialem cum ea, quæ fit in corpore humano. Dixi ſuperiùs, quod *acidum & alcali* ſeu *Urinoſum* ſe mutuò deſtruant; unde illud nobis ſeſe ſuggerit principium Practicum, quod ſi unum eorum præternaturaliter corpus afficiat, contrariis quoque in corpore deſtrui & eliminari debeant: ſic ubi in corpore noſtro peccat acidum, adhibentur commodè alcalia; ubi urinoſa œconomiam corporis turbant, acidis ſunt ſubjuganda: ſic in ſoda ſeu ardore ventriculi, ubi peccat acidum cum bile regurgitante, aliovè alcali efferveſcente, bono cum conſilio uſurpantur creta, lapilli cancrorum, ebur uſtum, farina laterum, &c. quia hæc ipſa abſumunt & abſorbent acidum, & efferveſcentiam compeſcunt: Mulieres cereviſiarum medicatrices, quando cereviſia aceſcit, immittunt *cretam*, quæ non ſine efferveſcentia *acidum abſorbet & præcipitat*, unde dulceſcit denuò cereviſia: *ſic in dyſenteria*, ubi acidum vitioſè efferveſcens exulcerat inteſtina, proſunt corallia, cryſtallus præparata, priapus ceti, cranium humanum præparatum ſeu calcinatum, &c. quæ omnia acida abſorbent, & ulteriorem corroſionem impediunt: hoc quoque facit crocus martis adſtringens: Dolores ſtranguriæ ſunt ab acido, quos compeſcunt lapilli cancrorum, ut qui & ✠ edulcorare faciunt; quod etiam præſtant cortices aurantiorum, & ♁ deſtillat. eorundem, quia ⊖ volatile oleoſum acidum temperat ac corrigit; In pleuritide peccat acidum, quod coagulat ſanguinem, unde inflammatio, & efferveſcendo cum ⊖ e volatili febrem continuam excitat: hîc ergò proderunt ⊖ ia volatilia, v. g. ſal volatile cornu cervi, ſal volatile fuliginis, item maxillarum lucii piſcis, quæ acidum abſorbendo affectum hunc ſine venæſectione curant: *In malo hypochondriaco acidum* omnium *optimè abſorbet* ♂, & inde parata remedia, hinc ♋ laceam vim acquirunt hæc remedia, & acida abſorpta per alvum aut per ⊡ m eliminant, unde videmus excrementa ab uſu talium nigro tincta colore. Ratio eſt, quod Mars abſorpſerit acida, quæ poſteà ⊽antur à bile, & ſub forma atramenti rejiciuntur: *In ſcorbuto* peccat acidum rancidum, qui curatur per volatilia; ubi verò acidum hoc ſcorbuticum rancidum nimis contumax eſt, ⊖ ia hæc volatilia noxas inducunt, odores nempe vagos, ſpasmodicas convulſiones, &c. propter fermentationem nimiam ⊖ ium volatilium cum acido rancido: *Hoc* verò *ubi contingit*, deferenda ſunt ⊖ ia volatilia, & *fixa adhibenda*, nempe Martialia, ♋ ina, eburacea, & ſimilia: *Febres intermittentes*, in quibus quoque *acidum peccat*, in ſpecie *in Quartana*, curat *ſpiritus* ⊖ ✱ *ci*, *item* ⊖ *ia præparata vegetabilium*, ut ⊖ abſinthii, centaurii minoris, carduibenedicti, &c. *aut corpora* fixa *metallica calcinata*, item ſpecifica febrifuga, v. g. *Strobelbergeri*, item *Crollii*, &c. quatenus *acidum deſtruunt*, & per ⊡ m eliminant: *In febribus ardentibus*, ubi *acidum volatile oleoſum* ſeu bilis peccat, & vitioſè fermentando aut ebulliendo ardorem, deliriaque cauſantur, hîc ratione contrarietatis acida potentiora conducunt, v. g. ſuccus ribium, berberum,

rum, item acida mineralia, v. g. spiritus ⊖lis, ~ nitri, vitrioli, clyssus antimonii ♃eus, &c. hæc acida enim bilem nimis oleosam seu acidum ejus volatile corrigunt & destruunt, quo destructo cessat effervescentia: prosunt quoque juxta hæc nitrosa, ⓘ per alcali depuratum, ut ejus acidum maneat salvum, item nitrum antimoniatum. Non incommodè huc quoque in usum trahi possunt *vulneraria*, quæ *acidum absorbent* (Vulneraria enim habent in se alcali temperatum) sive in primis viis, sive in massa sanguinea reperiatur, hinc etiam *Mercurium resuscitant*, & ex hac causa, *quatenus nimirum tollunt acidum sistunt* quoque *effervescentiam*: Unde *vinum ratione acidi vulneratis prohibetur*, ne effervescendo in parte læsa dolorem, & hinc majorem vulneribus inducat noxam: ast cum lapillis cancrorum si exhibeatur, saporem urinosum referens prodest. Vinum abusu suo *infert* podagram, arthritidem vagam, calculum, pareses, colicas, & alios *affectus à vitioso acido ortos*, quibus *optimè convenit spiritus ⊖is ✳ci; quia destruit acidum*, illudquè modò per sudorem, modo per ⊡m, evacuat. Notum est, quod *vinum Rhenanum cum spiritu ⊖is ammoniaci si misceatur, sapore suo privetur*; unde *ad omnes affectus ab acido propullulantes spiritus ⊖is ammoniaci est optimum conferens*, quia *destruit acidum*, illudque modo per sudores, modò per ⊡m, eliminat.

Quod attinet Fermentationem in corpore humano, tàm naturalem, quàm præternaturalem, de hac plura essent dicenda: sed paucissima tantùm subnectam: Notum est, quod naturalis in corpore humano ad mortem usque vigeat. *In stomacho fermentatio naturaliter ita procedit*: Acidum stomachi concurrit cum ⊖e volatili alimentorum, quibuscum se maritat, & tandem ambo in ⊖sum degenerant volatile: quod si præternaturaliter instituatur fermentatio hæc, & chylus adhuc nonnihil acidus elabatur extra ventriculi limina, (nam *extra stomachum omne acidum corporis est inimicum*) adest bilis, corrigens hunc vitiosum chylum, eumquè transmutat in ⊖ volatile. Si ulterius processerit chylus adhuc acidulus, & intestinorum cameras intravit, acidum concurrens & fermentans cum viscido chylo & bile, excitabit flatus, uti fit in hypochondriacis (nam notum est, quod in fermentationibus artificialibus semper præsto sit Gassylvestre) Quos ergò ut curemus, in usum vocanda sunt aromatica, acidum corrigentia, & fermentationem vitiosam inhibentia. Massam sanguineam esse in continuo isto fermentationis motu, ejusque præternaturales anomalias, demonstrant exinde enati pulsus; unde, *si præter naturam fermentet aut ebulliat, febres inde oriuntur*: In specie *fermentationis & ebullitionis nimiæ signum in febribus ardentibus est pulsus magnus, frequens & celer*; contrà verò *in cachexia est pulsus rarus & tardus ex defectu fermentationis naturalis*; unde etiam signa ⊡æ ex gradibus fermentationis dignoscuntur. Ubi enim particulæ excrementitiæ minus utiles cum ⊡ rejiciuntur, ⊡ erit crassa: sic in principio febrium acutarum ⊡ est clara, tenuis; successivè verò turbida cum spe salutis evadit. Sub menstruationis tempore inordinatam sanguinis fermentationem declarant dolores circa lumbos, febris, aliaque tunc temporis fœminas affligentia symptomata.

LECTIO XII.

Nunc occasione scammonii ♃ati jam demonstrati, dicam vobis quædam

DE

SIMPLICIUM QUORUNDAM VEGETABILIUM MALIGNORUM PRÆPARATIONE *seu* CORRECTIONE CHYMICA,

quæ non tantùm in regno vegetabili, sed etiam in minerali, in specie metallorum, atque etiam animalium republica summè est necessaria: horum *cruda malignitas & virulentia impeditur sive tollitur legitimâ Præparatione. Eum autem in finem præparamus crudiora simplicia, ut eorum ἐνέργεια per totum concretum dispersa* quasi *concentretur*, ut ita vis unita fortior fiat, & hæc est Præparatio.

Quod attinet medicamentorum Correctionem; Correctionem dico, non Castrationem; *quia interdum & nomine Correctionis remedia castrantur potiùs, quàm corriguntur*: Deinde eligo Correctionem veram, non verò palliativam.

Vera Correctio consistit in eo, ut sublatâ virtute noxiâ aut virulentâ vis medicamenti genuina maneneat illibata atque salva. Notum aliàs est, quod vulgò Correctionis ergò Purgantibus validioribus misceantur aromata: e. g. scamonio zedoaria, Turbith Mastix & zingiber, Colocynthidi Cuminum, Euphorbio Amygdalæ dulces & crocus, jalappa cum fœniculo, &c. quæ tamen *Correctio per Aromata est palliativa, i. e. non tollit malignitatem venenosam simplicis*, sed ejus noxam tantùm quodammodo sedat. De *vera* itaque nobis potiùs agendum est Purgantium *Correctione*, qua in genere *summopere indigent Purgantia quædam, ut & opiata & narcotica nonnulla* ex se virulenta & maligna; quod symptomata, eorum usum insequentia, arguunt; nam de Napello aliisque in specie tacebo.

Purgantia esse virulenta, eorum operationes loquuntur, cùm postquam quis usus fuerit validioribus, is, qui erat sanus lætusque, redditur tristis interiora abdominis dolent, artus & genua tremunt; ut nihil dicam de aliis truculentis symptomatis, dum helleborus convulsiones, jalappa lethales hypercatharses, etiam tormina, colicamq; in epilepsiam terminantem, hystericam non rarò excitantia passionem, inducit, & quæ sunt aliorum drasticorum incommoda. Simili effectu se produnt opiata, hypnotica & narcotica, maniacos morbos, stupefactiones sensuum, & symptomata varia inducentia: *sic opium incorrectum somnia inducit truculenta*; idquè non tantummodò de opio, sed de omnibus simplicibus narcoticis, hyoscyamo, solano papavere, &c. verum est.

Ut in specie aliquid inferamus de scammonio, hoc quod attinet, *longè aliud nostrum est à veterum scammonio* quo Dioscorides usus est. *Veterum* enim *scammonium* erat succus ex radice benè maturata & excavata collectus, remedium mite & blandum, utpote quod ad ℥j sine periculo, teste *MESUE*, dabatur, quod de nostro dici non potest; colligebatur in Syria: *Nostrum* verò *scammonium est succus lactescens Tithymali* cujusdam *inspissatus & congelatus*, non ex radice petitus, sed *ex tota planta expressus*. Purgans est admodum generosum & validum, quod cum impetu & non sine violentia expurgat humores, tàm sanos quam ægros.

Notum est, quod *omnes Tithymali succo gaudeant caustico*,

caustico, quod etiam de *scammonio verum apparet*; hujus enim succus fundatur in sale quodam volatili admodum acri: hoc sal causticum fermentando, tam chylosos quàm excrementitios succos evacuat, irritandoque intestina tormina & hypercatharses inducit subinde lethales; quare correctione summè opus habet.

Correctio autem *per aromata parum aut nihil valet. Usitatissimè corrigunt per acida mineralia*: Verùm talia acida non tantùm destruunt sal illud acre purgans scammonii, sed & omni energia castrant & spoliant: id quod de omnibus Purgantibus ferè valet. *Vegetabilia Purgantia* per acida *plus minus virtute suâ exuuntur*: v. g. helleborus *per spiritum vitrioli aut phlegma vitrioli suâ* privatur efficaciâ: sic quoque *gummi guttæ, item esula, scammonio vicina, per acida*, in specie per spiritum sulphuris, *orbantur virtute purgante.*

Facit huc *scammonium sulphuratum, quod mitigatur quidem quoad virulentiam suam, sed non sine virtutis suæ purgatricis castratione.* Fundamentum hujus correctionis in eo est, quod ♧ incensum emittat suum spiritum, qui se insinuat in scammonium, ejusque sal volatile temperat, & successivè prorsus destruit. *Prout* verò *plus vel minus sulphuratum scammonium, etiam plus vel minus retinet de sua vi purgante. Hinc notandum, ne in præparatione hac scammonium liquescat*; dum enim liquescit, fumus ♀is se insinuare nequit in ejus substantiam, unde in eadem vehementia subsistit: potiùs pulverisandum est, ut leniter se insinuet fumus ♀is, & ita ejus virulentia quodammodo corrigatur.

Simili censurâ dignum est *Magisterium scammonii per acidum* præparatum, quando scilicet scammonio pulverisato affundunt spiritum ⊕ li vel salis, rectificatum, solvunt, extrahunt, & extractũ ▽ant cum oleo ♀ per deliquium: hujus enim Magisterii dosis est à ℈j. ad ℈jv. cùm verum scammonium per se vix possit ad grana 6. vel 7. ad 9. propinari. *Si* nihilominus *per acida corrigendum, accipiantur potiùs succi vegetabilium acidi mitiores: Sic scammonium cum succo cydoniorum dat diacridium*: Alii solvunt scammonium in succo citri vel limonum, mitiusque obtinent scammonium.

Omnes hæ per acida, imprimis mineralia, mitigationes sunt castrationes, quia invertunt vim laxantem: Unde est, quod Purgantia pro diversitate subjectorum plus minusve operentur, prout magis minusve acidum est fermentum stomachi, *in hoc vel illo subjecto*, quod probatur exemplis: *si in hoc individuo nimis acidum sit fermentum ventriculi, aut statim post assumptam purgationem hauriantur acida, exhibita Purgantia minus operantur*; idque in Melancholicis verum est, quod difficillimè à Purgantibus moveantur: item quod hypochondriacos Purgantia parum moveant, propter excessum acidi in hypochondriis stabulantis, loquitur experientia. Canibus fortissima quamvis infundantur Purgantia, parum vel nihil eundem movent, adeò, ut *vitrum antimonii* ad plura grana sine operatione adsumant; cùm tamen in venam canis incisam immissa citiùs operentur. *Ratio patet*, quia fermentum stomachicum canum nimis est acidum.

Quod dictum fuit de Purgantibus, quod scilicet correcta mitiùs soleant purgare, idem valet etiam *de opiatis*: Hæc enim *per acida correcta* blandiùs operantur. Sic communiter *corrigitur* opium per ♀ea, & spiritum salis aut vitrioli, aut etiam per repetitam cum aceto solutionem; quæ tamen acida opii virtutem plus destruunt quàm corrigunt: *Nam vis opii consistit in sale volatili oleoso*, vel sociatum est cum oleo copioso admodum fœtido; unde quidam opium lentocalore exhalare, & sic sulphur ejus hypnoticum ex parte evaporare præcipiunt. Sed sal volatile ejus per acida insigniter destruuntur, cùm tamen opiata remedia in multis affectibus sint exoptatissima, adeò, ut *rectè* dixerit *SYLVIUS*: *se malle carere Praxi, quàm destitutum* esse opiatis correctis. Uti verò opiata & Purgantia per acida mitigantur, sic econtra per spiritum vini eorum vires exaltantur; sicut notum, spiritum vini elicere & exaltare resinas Purgantium, ut in pauca dosi purgent.

Sed missis his *correctionibus* castrativis, *vera* potiùs attendenda, quæ *consistit in genere, vel in subjectorum fermentatione, vel in eorum per salia alcalia correctione.*

Quod attinet *fermentationem*, in hac tota concreti crasis invertitur, unde *fermentatio est clavis reserans venena vegetabilium. In specie Purgantia* si consideremus, in eis quid præstet fermentatio, patebit, v. g. *elaterium fermentando omninò cicuratur.* Superiori anno accepi succum cucumeris asinini, eumque recentem fermentavi & inspissavi, habui inde Rob amarissimum prorsus innoxium; quia correctus erat per fermentationem, ita ut grana xxij. sine noxa assumerentur, cùm Extractum elaterii aliàs ultra grana xv. vix turò exhibeantur. Sic *colocynthis, vehementissimum Purgans, legitimè fermentatum de sua virulentia multum amittit. Fermentatio* autem ejus talis:

℞. *Poma colocynthidis*:

Infunduntur cum *succis vegetabilium*, in specie cum *succo pomorum Borsdorffianorum*: Hæc mista bulliant, posteà admisceatur parum *secum cerevisiæ*, ut commodiùs ad fermentandum disponatur. Ubi sufficienter fermentaverit (id quod cognoscitur, si spirat odorem amarissimum) ad Extracti consistentiam inspissetur, quod cum menstruo appropriato extrahatur, & iterum ad debitam consistentiam redigatur.

Extractum hoc ad ℈j. propinatum purgat non tàm violenter, quamvis non sine torminibus.

Ad hunc modum etiam scammonium cum succo cydoniorum felici cum successu tractari poterit.

Opium quoque *per fermentationem, si cum succo aurantiorum, aut* secundùm *HELMONTIUM cum succo cydoniorum, vel cum succo pomorum Borsdorffianorum fermentetur*: subigitur in illis succis, si prius solutum parum evaporaverit, & posteà fermentetur, & inspissetur; qualem modum etiam *LANGELOTT in Epist. ad Naturæ Curiosos* describit: sic enim grana iij. mitiùs operantur, quàm aliàs gr. j.

Dum ita *opium fermentatur, spirat odorem instar papaveris*; idque facit etiam ∽ opii per fermentationem paratus. Hæc *correctio HELMONTII est optima. CONERDINGIUS*, Archiater Ducum Lüneburgensium & Brunsvicensium, *utitur Laudano opiato hoc modo præparato*:

Recipit *opium*, adjicit *Extractum castorei* cum *speciebus dia-calaminthæ*, & pauco *lapidis Bezoar*: miscet & propinat in omnibus affectibus, in hysterica quoque passione.

Adhibet quoque scammonium cum succo cydoniorum præparatum.

Utut hæc *opii per fermentationem correctiones satis bonæ sint, tamen præstant, quæ fiunt per Alcalia*: *Nam colocynthis per fermentationem correcta retinet vim venenatam, & tormina commovet; correcta verò per alcalia sine noxa est.* Alcalia talia

nunc ſunt fixa, nunc volatiliſata: Volatiliſata dico, non volatilia, ſed fixa, quæ ſunt exaltata ad volatilitatis gradum. *Cum* his optimè corriguntur quorumcunque vegetabilium malignitates, ita ut napellus cum ſale ♃ fixo, ſed volatiliſato, levi digeſtione correctus, & in uſum tractus, exſtet innocuus: Vid. *BOYLE Experim. Philoſoph. p.* 136. Sed cùm non cuivis datum ſit adire Corinthum, nec omnibus ſint notæ & cognitæ volatiliſandi alcalia fixa encheiriſes, ea interim correctio, quæ cum ſpiritu vini ♀iſato peragitur, ſufficit. Aliàs quoque ſalia fixa corrigunt Purgantia. Talia uſitatiſſimè deſumuntur ex tartaro & nitro: *ſal tartari eſt optimum opii & Purgantium correctorium*: Poſt hoc eſt nitri ſal cum carbonibus alcaliſatum. Hoc *nitri ſal fixum lixivii formâ digeſtum cum vegetabilibus, virtutes eorum nocivas corrigit.* Meliùs eſt pro opii correctione, ſi ☉ fixum conjungatur cum oleo deſtillato terebinthinæ; ſic enim verus eſt corrector, tàm opiatorum, quàm virulentorum helleborinorum. Denique (ex ſale tartari oriunda terra foliata tartari, impræ̃gnato cum aceto deſtillato) poſt tartarum optimum eſt correctivum vegetabilium, in ſpecie ſcammonii; vel loco hujus vinum generoſum Rhenanum cum tartari ſale impræ̃gnatum, pro opii & vegetabilium aliorum, in ſpecie ſcammonii, correctione maximè ſufficit.

Uſus opii correcti eſt, ut ex opio narcotico tutiſſimum evadat anodynũ, nunquam nocivum, in multis morbis aſylum, ſi nunc cum fixis cinnabarinis ♄alibus, nunc verò cum ſalibus volatilibus, ſuccini & cornu cervi, debitè conjungatur: unde priori modo in morbis malignis; poſteriori modo in morbis chronicis, in ſpecie in hyſterica paſſione, epilepſia, &c. optima ſunt remedia.

Purgantia hoc modo præparata quod ſpectat, hæc depoſitâ virtute reſolutivâ, *ſubinde* evadunt *Diuretica, ſubinde* etiam *Diaphoretica, aut ſi aliquid de virtute* purgandi retineant, hoc tamen adeò cicuratum eſt, ut citra ſtomachi morſicationes & inteſtinorum tormina, citò, tutò, & jucundè operentur. Sic rhabarbarum cum ſale tartari digeſtum omnem purgandi vim amittit; Aſarum verò in ▽ ebullitum diureticum evadit egregium, tardarum febrium remedium.

LECTIO XIII.

Propter deſtillationem ∽ ſalis ſimplicis & compoſiti, occaſio datur discurrendi

DE
SALIBUS MINERALIBUS.

In genere *omnia ſalia mineralia ſunt quadruplicia*: ut

(1.) Sal commune.
(2.) Compoſita ſalia, ut nitrum.
(3.) Vitriolum.
(4.) Alumen.

Hæc ſalia mineralia pro natura mineralium, ſunt reſolubilia in menſtruis aquoſis; nihilominus tamen unumquodque ſuum peculiare expetit menſtruum, quocum conveniat ratione conformationis ſuæ. Teſtatur hoc *GASSENDUS*, qui exhibet experimentum, quo diverſiſſima corpora ſalina in una eademque ▽ reſolvit: ſcilicet recipit *aquam communem, in ea diſſolvit primò ſal commune, quantum poteſt recipere: hæc ▽ ſaturata ſale communi, nihilominus adhuc recipit quantitatem proportionatam ſalis nitri: hæc* miſtura *ulteriùs recipit tertiò quantitatem juſtam vitrioli: & ſi adhuc quartò addatur alumnis portio, ſolvet & illud.* Ideoque diverſiſſima hæc ſalia inſinuant ſe in poros aquæ, citra hoc, ut unum alterum eliminet. Jam verò, uti *magnam ſalia cum aquoſis habent convenientiam, ita ingentem cum oleoſis ſeu ſulphureis* econtra *gerunt inimicitiam*, ut propterea *nullum ſal poſſit ſolvi in ▽ benè rectificato*; qui neque ſaccharum, concretum illud tartareo-ſalinum, hanc ob rationem ſolvere poteſt. Hæc *ſalia, ſi deſtillentur, dant ſpiritum acidum* varium tamen, pro varia uniuscujusque ſalis textura, particularumque conformatione: Alius namque eſt ∽ vitrioli, alius eſt ∽ ſalis, alius eſt ∽ nitri, alius eſt ∽ aluminis; utut in radice, id eſt, cum acido ſalis, conveniunt: prout verò coaluere cum variis corpuſculis, inde pro nova textura diverſum quodlibet dat ſpiritum.

Quæritur, *quæ ratio ſubſit, quod ſalia ſicca reddant ſpiritum humidum?* Reſp. hoc fit duplici modo: partim per ſalinarum particularum inverſionem, partim per humoris in corpore adjecto, & △is ambientis immiſſionem. Quod attinet particularum ſalinarum inverſionem, hæc in eo conſiſtit, ut agitatæ particulæ ſalinæ ſub △ tortura à ſe invicem diſcerpantur, & motu impetuoſo à ſe mutuo diſſipentur: hinc etiam eſt, quod in forma nebulæ aut fumi cum impetu irrumpant in appoſitum receptaculum, ibique invicem aſſociatæ, cum humido, ſeu aquoſis atomis △eis, coëant tandem in liquorem. *Ad* iſtarum *particularum ſalinarum inverſionem confert corpus* illud *terreſtre, rebus deſtillandis adjectum*, v.g. argilla, bolus, &c. quod plerumque additur hanc ob cauſam, ne liqueſcant ſalia deſtillanda. Propter hanc particularum ſalinarum inverſionem fit, ut ſal commune per repetitas ſolutiones & coagulationes poſſit redigi in puram putam ▽m; de quo *vid. elegans Orat. de Ortu & Progreſſu Chymiæ OLAI BORRICHII.*

LECTIO XIV.

DE
SALE COMMUNI.

Sal commune eſt triplex: aut eſt *Marinum, aut Fontanum, aut Montanum.* Quod attinet fontanum, illud eſt, quod ex fontibus ſalinis excoquitur, inſpiſſaturque: in cujus coctione, ut citiùs granuletur, ſalinarii addunt fel bubulum vel ſanguinem bubulum, curioſè ſatis. Fundamentum hujus conſiſtit in hoc, quod ſal volatile in ſanguine ſeu bile bubula concurrat cum acido iſto in ſale communi, ac cum eodem ſe unit, ex qua unione & mutua particularum adhæſione perfectè granulatur ſal fontanum. *Sal marinum* per ſimilem ▽æ admixtæ exhalationem paratum, granula longè majora habet, longeque duriora & cryſtallos elegantiores, quàm ſal fontanum, quoniam *pater eſt fontani & montani ſalis.*

Uſus ſalis marini maximè ante reliquos omnes eminet, tàm in Chymicis quàm Alchymiſticis laboribus, ∽ quoque ſalis marini longè præcellit ſpiritum ſalis communis & foſſilis. Præterea *reperitur ſulphur vivum perfectum, ardens & inflammabile, in ſale marino*, qui in rectificatione ſtriatim ſe prodit unde ejus quoque ♃eus percipitur odor. Alchymiſtæ vocant hieroglyphicè hoc ſal marinum: das beſte Gewürtz / das niemand entbehren kan. Eſt itaque *ſal marinum*, uti dictum, *pater & ſalis communis & foſſilis.* Nam ſal marinum cum aqua marina ſive per modum transcolationis cen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0452-3 DFG

centrum ☿æ petat, ibique in vaporem resolvatur, vaporque hic à centro ☿æ ad circumferentiam tendat, & in ▽m denique (*quæ aliorum est opinio*) semper aliquid perdit de sua acredine (acidum enim ejus infringitur) & hinc debilior redditur ▽ fontana salsa ipsâ ▽ marinâ; sicuti, *ubi* hæc *aqua marina in aliqua terræ cavitate subsistit, oritur sal fossile*, quod paulo præstantius est sale communi. Hæc *salia communia sunt salsa, composita scilicet ex acido præpollente & urinoso.* Probat hoc resolutio salis spagyrica: *si recipiatur spiritus salis, & affundatur alcalibus aliquibus, v.g. sali tartari, vel cineribus clavellatis, convenienti proportione solvatur, & debitè inspissetur, evadet perfectissimum sal commune.* Simile fit, si *spiritui salis* communis affundatur ana *calcis vivæ*, & destilletur, acquiritur quoque singularissimum sal ex capite mortuo elixiviato, simillimum sali communi.

Quod spectat Præparata ex sale communi, destillatur hoc in spiritum acidum; sed ante destillationem decrepitatur seu calcinatur hoc modo: scilicet immittitur sal comũne in catinum, ubi à flamma exardescit, crepitus edit; qui *crepitus oriuntur à particulis aquosis concentratis in sale restitantibus*, quæ, ubi sal ab △ tortura nimium cogitur, cum impetu prosiliunt. Cur autem *sal commune ante destillationem decrepitetur*, hæc est causa, ne scilicet in destillatione cum impetu erumpentes particulæ salinæ cum aquosis disrumpant vasa continentia.

Ad decrepitationem hanc etiam pertinet *Fusio*, quando sal decrepitatum igne fortissimo funditur, quod per deliquium solutum, ▽*m salis Paracelsi* constituit.

Ut autem destilletur *spiritus salis*, addi solet communiter in duplo, triplo aut quadruplo bolus, aut argilla, ∴, seu lutum, lateres, aut secundum alios O ustum, cum sale in globulos formata, propterea, ne si diutiùs in igne subsistat, liquescat & fundatur. *Quidam ad promovendam partium salinarum separationem addunt Vitriolum*, quamvis alii id improbent, ast sine causa; utut enim corpora diversa salina destillentur, unus tamen & solus prodit ∽ salis, relicto propter gravitatem suam in fundo vitriolo, quod hoc modo probatur:

℞. *sal commune*;

Eidem affundatur ∽ ⊕ *li*, & destilletur per ⋁⋀ aut ◠m vitream, prodibit loco ⊕ li ∽ *salis perfectus & genuinus*, ac remanebit in fundo *sal album crystallinum* saporis elegantis, à *GLAUBERO sal mirabile* dictum, *de quo forsan alibi.*

ZWELFFERUS quidem arenam, lateres, argillam & bolum rejicit ob hanc causam, quod ∽ propulsi additamenta dicta corrodant, & destruantur: Vid. *Animadvers. in Pharmacop. Augustan. pag.* 425. Verùm experientia testatur contrarium; utut terrea aliquid de spiritibus his absorbeant, unde etiam in fine fortissimus adhibetur △, ut absorsorptio hæc impediatur: Vid. *LUDOVICI Pharmacia.*

Modus ille, qui fit cum folle per retortam tubulatam, est periculosus, ex duplici ratione;

(1.) Periculum est, ne, dum frigida ▽ injicitur in vas valde calefactum, ex impetu spirituum erumpentium rumpatur vas vel ◠.

(2.) Quia sal, dum fluit, interdum penetrat fundum ◠æ, & abit ad carbones, indeque finem destillationi imponit.

Longè convenientior modus est, quem commendat *GLAUBERUS*, qui recipit *carbones ignitos*, eos imbibit ▽ in qua solutum est *sal commune*: Hos exsiccatos carbones destillat in furno quodam peculiari (*est primus furnorum, quos in scriptis ejus reperire licet*) vel ipsis prunis salia injicit; unde horum calore sal resolutum in forma ∽ acidi per canalem adaptatum intrat receptaculum præpositum. Sed *dupliciter culpandus est hic modus*:

(1.) Quia fuligines ♃ei carbonum cum spiritu simul adscendunt, & spiritum inquinant.

(2.) Quia calcinatione istâ dant sal lixiviosum fixum, quod destruit acidum ∽ salis, unde debilior hoc modo acquiritur ∽ salis: Ut taceam multos ∽ à carbonum cineribus, lateribus atque luto destrui.

Optimus ergò est modus, qui fit per ◠m igne aperto, calore continuo & nunquam intermittente, graduali tamen. Aliàs etiam per ∴m ∽ salis destillari potest.

℞. *salis decrep.* ℔ j.

Solvatur in s. q. ▽*æ communis*: addatur ana ∽ ⊕ li, destilletur per ⋁⋀ aut ◠ ex ∴, & prodit ∽ salis, cujus sedem occupat ∽ vitrioli.

Usus Spiritus salis communis Medicus est, quod destruat omnia salia alcalia oleosa, vel bilem in corpore prædominantem; unde effervescentias febriles compescit: Hinc in julapiis commodè quoque præscribi solet: *sitim* potenter *compescit*, non tantùm febricitantium, sed & hypochondriacorum. Insuper maximè *diureticum est medicamentum*, quare quoque *in hydrope serum* per ⊡m eliminando non parum prodest: hinc, *si* ∽ salis *cum alcali fixo concentretur in sal salsum, diureticum existit non contemnendum.* Convenientiùs additur elixyri proprietatis præ reliquis spiritibus acidis, v.g. sulphuris aut vitrioli. Præterea *putredinem quamcunque tollit*, e.g. gangrænam, si ducatur cum spiritu salis circulus in confinio partis sanæ, progredi malum ulterius prohibet: idque etiam præstat butyrum antimonii. *Prodest quoque* ∽ salis, si cum melle rosaceo ad aliquot guttàs permisceatur ∽ salis *in scorbutica gingivarum putredine.*

Verùm quia nimius ejus acor non semper tutò intus potest propinari propter metum rosionis intestinorum, ideò Chymici parant *Spiritum salis dulcem*, qui communiter fit ex spiritu vini rectificato, & spiritu salis communis, anaticâ portione mixtis, & aliquoties bis vel ter cohobatis: unde *horum ingredientium unio dat liquorem admodum suavem, qui vocatur* ∽ *salis dulcis*; *egregiumque est stomachicum, appetitum dejectum, cruditates nidorosas, vomitum & nauseam corrigens* atque compescens. Datur in vehiculo appropriato ad guttas x. vel xv. imo ad plures extenditur, ratione circumstantiarum variarum. Interdum loco ⋁ *recipitur spirit. aliquis appropriatus, e.g. spiritus theriacalis, quo cum sit egregius spiritus salis, in peste* plurimum valens.

Quidam volunt *spiritum salis simpliciter rectificare*, & per se, absque alterius additione, dulcificare, per lentam & diuturnam digestionem in calore blando; quod tamen vix ac ne vix quidem potest fieri. Ut enim per se dulcescat ∽ salis, necessum est, ut omnino invertantur ejus particulæ acidæ omnes, & mutatâ figurâ eorum ac texturâ novum oriatur concretum, ex quibus novæ quoque vires dependebunt. Sed quis non videt, si non impossibilitatem summam, saltem difficultatem.

Deceptoria quoque *est dulcificatio* ista, qua

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0453-9 DFG

sal tar tari primæ destillationi salis communis: nam ⊖ tartari absorbet acidos ∽, unde loco ∽ ⊖is dulcis prodit phlegma limpidum acidulum.

Usus ⊖is *Alchymisticus* non minus est exiguus. *Spiritus* enim *salis concentratus seu rectificatus optimè menstruum dat pro solvendo auro* optimum: imò si ita rectificetur, ne partes acidas deperdat, non solùm solvet ☉, sed & secum in altum rapiet, & in flores abit; *de qua re vid. ZWELFFERUS in Mantissa Hermet. pag. 322. Concentratus* ∽ ⊖*is* hoc quoque præstat; ejus præparatio talis est:

℞. *Lap. Calaminaris pulveris.*

Imbibatur e. ∽*u* ⊖*is*, destilletur, & prodit Phlegma insipidum (*nam lapis Calaminaris absorpsit omne acidum*:) Quod si mistum *Caput mortuum c.* ∴ △e fortiori urgeatur, prodit ∽ acidissimus concentratus.

Hic ∽ ⊖is concentratus solvit omnia ferè corpora mineralia & metallica, exceptis ♃e & lunâ: imprimis autem *solvit corpus solis superficialiter, ac apparenter modò*; nam *nulla auri perfecta, sed saltem superficialis cum sale fieri potest solutio*; econtra ⊖ commune & ejus ∽ ☽am intactam relinquit, & in solutione ♨at.

E ⊖e communi & ejusdem spiritu elegans *POTERIUS* parat artificium, quando *ex capite mortuo post destillationem* ∽ ⊖*is relicto parat crystallos, affundendo eidem spiritum vini, ex uvarum racemis tempore vindemiæ collectis* destillatum: Misturam destillatam fimo equino committit, & post hanc digestionem ad aliquot ♂♀ institutam ponit in loco frigido, ubi elegantes oriuntur crystalli dulces, grati saporis, quique sunt stomachicum magni momenti.

LECTIO XV.

Sal Montanum seu Fossile alio nomine vocatur

SAL GEMMÆ.

Sal Gemmæ vocatur ita, quia *sub forma Gemmarum utplurimum eruitur è fodinis*. De hoc notandum, quod in *fodinis sit leve, aëri verò expositum, insigniter grave*, ita ut quantum anteà in minera ejus unus movere poterat, extra solum natale extractum quinque homines non sufficiant. Utplurimum in forma dura apparet: in Calabria verò reperitur molliusculum, ita ut eidem variæ figuræ imprimi possint; qui ubi ♃i exponitur, concrescit in corpus ⊖inum.

Usus eos habet hoc Montanum, quos habet fontanum, nisi quod *virtutes ℞æ sint efficaciores quàm salis communis*; Unde quoque *diureticum est egregium*: Quod *si cum sale communi beneficio salis gemmæ & salis volatilis succini mistura fiat cum aqua vinoque potus erit admodum diureticus*, quique fortiter pellit calculum, & ∴as renum & vesicæ. Aliàs quoque clysteribus additur ad ℥j ad emollenda scybala indurata, quo de *FORESTUS* videatur.

Spiritus salis compositus paratur quoque ex ana nitri & ⊖is communis aut gemmæ. Hic ∽ ⊖is constat primario ex spiritu nitri, (qui rubro fumo se quoque prodit) hinc particulis ∽ ⊖is communis: Unde patet, quod sit vera aqua Regis pro solvendo auro. Hoc *consideratione dignum, quod spiritus salis nitri simplex probè rectificatus solvat omnia metalla, aurum verò non tangat; econtrariò si acuetur spiritus nitri cum sale communi aut ejus spiritu, tunc perfectè solvit* ☉, ☽*m verò dimittit salvam intactamque.* Tandem est amicitia in sole, & ⊖e minerali communi, cum reliquis verò inimicitia.

LECTIO XVI.

Occasione ∽ ⊖is compositi, qui maximam partem constat ex nitro, de nitro nostrum formabimus discursum.

NITRUM.

Nitrum est sal sanè mirabile *sulphureæ naturæ, constans sulphure admodum volatili inflammabili*, cujus ratione ⦶ est facilè inflammabile. Nam originem suam capit in ♨ quadam pingui, ex qua excoquitur & elixiviatur: Et talem pinguiusculam materiam seu ♨m pro matrice habet, quæ humectatur ab excrementis animalium, ab ⊡ scilicet & eorum stercoribus. Horum enim ⊖ volatile urinosum cum copioso ♃e impræg natum, sensim sensimque à ⊖e acido ♨æ de natura ⊖is centralis subigitur, alteratur & immutatur, donec hæc duo ⊖ia concrescant in unum tertium ⊖sum, quod dicitur, nitrum.

Tale *nitrum ex omni terra conficere licet*, si scilicet terra quædam coacervatur in cumulum, modò à ☉e & pluvia arceatur, & impræg netur ⊡ vel animalium vel humana, fiat lixivium, & post humiditatis evaporationem conspectui se sistet perfectum nitrum. Terra hæc nitrosa, ex qua ⦶ elixiviari solet, destillationi per se subjecta, spiritum fundit acido-salsum singularis odoris, & spiritui ♀i admodum similem, qui super alcali fixum cohobatus, planè urinosus evadit: in capite mortuo remanet ⊖ quoddam fixum, quod beneficio ▽æ extrahitur. Spiritus hic volatilis urinosus non solùm dependet ab excrementis animalium, quibus terræ ejusmodi stercorantur & impræg nantur, sed ab ♃e quoque accedit; quia ex aliis terris, quas animalia vel horum stercora nunquam contigerunt, e. g. terris argillaceis, ∽ *volatilis urinosus destillari potest*. Sic quoque habemus nitrum efflorescens & adhærens lapidibus & muris: Nam *in muris istis antiquis ab exhalatione spiritus seu salis acidi ex terra, sal calcis vivæ, quo cum incrustantur muri, sensim sensimque solvitur, alteratur & subigitur: sal calcis vivæ participat de alcali, spiritus acidus eò se jungit exhalans è terra, & ambo uniunt se in sal nitri*, unde non mirum videri debet, quod *BECCHERUS* nitrum præparet ex lumbricis: Et singularis planè modus est, quo *GLAUBERUS* ⦶ ex vegetabilibus parat per furnum pressorium, quem videbitis *in ejus scriptis.*

Nitrum est sal salsum, constans ex acido sulphuris, & sale alcali, invicem junctis. Hoc exinde patet: si enim recipiamus ⊖ fixum, aut nitrum cum carboribus alcalisatum, aut ⊖ ♀; hoc si cum spiritu jam acido conjungatur; abit in perfectum ⦶, quod totum ferè in spiritum acidum destillari potest, sine aut cum pauca ⊖is fixi remanentia. Sic quoque fit, si ⊖ ♀i affundatur ∽ nitri, & aliquoties cohobetur; *exinde emergit verum* ⦶, figuram tamen ⊖is communis cubicam retinens. Hoc ⦶ componitur ex acido ♃eo & urinoso ♃eo, quod ♃ est admodum volatile, ut cum acido simul in auras erumpat, adeò, ut ex spiritu nitri acido cum alcali quodam fixo fiat ⦶ inflammabile.

Nitrum hoc, prout in Medicum aut Chymicum usum vocandum est, necessariò *liberandum est à sale suo heterogeneo*, quem nitri Resinatores vocant den Schalck / & est ⊖ commune, quod cum urina & stercoribus permistum, postmodum in generatione nitri ei fuit permistum: Et hoc ⊖ heterogeneum, seu der Schalck / reperitur & datur in illo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0454-5 DFG

illo tantum nitro quod eruitur & invenitur in illis locis, ubi homines sua deponunt excrementa, in aliis locis non item. *Cur* autem *tale sal in Urina detur*? est ratio, quia ⊖ commune, quod cum alimentis assumitur, est invincibile à nostro corpore; unde uti assumptum fuit, ita rursus excernitur. *Proba autem, an nitrum multum habeat de hoc ⊖e heterogeneo,* von dem Schalck/ *consistit in deflagratione nitri*: V.g. recipiantur carbones igniti, imponatur iis nitrum: si parum sit, deflagrat nitrum, nihilque remanet; si verò impurum, aliquid ⊖is albi & causticiremanet, quod, ceu dictum, antequam ☽ in usum vocetur, est removendum.

Usum Medicum quod concernit nitri, *crudum egregium est medicamentum*, in omni ⊖ium genere par sibi non habens; *si* verò *nitrum depuratum* adhibeatur, *proderit imprimis in febribus ardentibus, tam benignis quàm malignis ad* ℈j, vel nitrum ♁atum à ℈ß adhibitum: Sic in potu ordinario nitrum depuratum ab ℥ß ad ʒvj *in febribus continuis, & æstuante massa sanguinea commodè poterit usurpari.* Convenit quoque *in siti quacunque à quacunque causa*, etiam in siti hydropicorum; est namque diureticum optimum. *Ad compescendam satyriasin* singulare est ☽ remedium, si crebriùs usurpetur, adeò, ut exinde totalem in re Venerea impotentiam conciliare queamus. Dein *ad hæmorrhagias quascunque*, imprimis ab Anastomosi ortos, *expertum datur remedium, tàm externè quàm internè administratum.* Hoc tamen *notari velim, quod stomachi & intestinorum tonum laxet atque debilitet.*

Nitrum autem depuratur communiter *cum sulphure*, & dicitur inde *Lapis Prunellæ.* Verùm *hoc modo præparatus* lapis prunellæ, *parum aut nihil valet*, utut contrarium totus mundus Chymicus statuat. Ratio hæc est; quoniam nitrum fusum injectione ♃is deflagrat, & tunc ∽ nitri acidus ♃eus totus exhalat, & remanet sal alcali, seu ☽ fixum: Vid. *TACCHENII* Hippocrat. Chymicus pag. 30. & 41. Hoc sal fixum se saturat ab acido ♃is adjecti, quod imbibit, & fit sal salsum tertium, inutile in angina aliisque affectibus similibus remedium. Aliàs *nitrum cum sulphure purificatum* & calcinatum *semper amittit aliquid de viribus*, idque eò magis, quò sæpiùs cum ♃e deflagratur: & licèt nitrum fluat in △ tortura, nihil tamen exhalat; ut primum autem addatur aliquid ♃is, mox totum evanescit, relicto in fundo sale tertiô. Quod si verò *nitro adjiciantur carbones, post deflagrationem remanet perfectum sal alcali fixum*; quia non saturari poterit à ♃e carbonum. *Optima* omnium *nitri depuratio KESLERI* est, quæ *fit per alcalia fixa*: Fit lixivium fortissimum vel ex ⊖♀, vel ex cineribus clavellatis: coquitur in hoc sal, ut solvatur: sic alcali fixum arripit omne acidum vitiosum, omneque corrosivum & excrementitium, quod est in nitro: Unde post levem humiditatis assumptionem seu exhalationem excrescit sal in crystallos depuratissimos: vid. *TACCHENII Hippocrat. Chymicus cap.* 8.

Pertinethuc calcinatio & alcalisatio cum carbonibus: Nempe nitro in crucibulo fuso successivè carbonum ♁ adjicitur, tamdiu continuando, donec non ☽ ampliùs inflammetur, sed crassum & aliquomodo cæruleũ evadat, quod in ♃e in liquorem urinosum solvitur: Conf. Glauberi opera sub nomine solventis universalis seu alcahest; ex quo cum aceto destillato, & tandem cum spiritu vini rectificato, ▽ foliata parari potest, quæ similis est ▽æ foliatæ ♀i, de qua infrà suo loco.

Inter præparata est *Spiritus nitri*, qui destillatur per retortam adjecto bolo communi, vel argilla calcinata, aut simili materia, ne fluat; aliàs retorta dissiliet. Hoc tamen *observandum, quod, quo plus addatur boli vel argillæ, eò copiosior acquiratur spiritus*: v. g. si 10. vel 12. partes boli vel argillæ uni nitri parti admisceantur, totum ☽ ferè abit in spiritum; econtrà tertia pars si addatur, multum nitri fixi remanebit in capite mortuo, & ∽ in minori copia acquiritur. Hic ∽ nitri, si cum ⊖♀ misceatur, perfectum exhibet ☽, uti suprà dictum.

Usus ∽ nitri est *in febribus malignis in julapiis*; & sanè hoc loco magis præstat, quàm reliqui ∽ acidi minerales: Convenit quoque *in colica flatulenta*, it. *in tympanitide*; nec non *in nephritide & calculo* exoptatum dat effectum. Verùm, *quia nimis est corrosivus spiritus nitri crudus, propterea dulcificatur*: ideò *misceri solet* ▽, *vel alius* ∽ *vegetabilis*: v. g. Recipiatur pars una spiritus nitri optimè rectificati, cum dupla vel tripla parte spiritus vini vel alterius; Mista destillentur per retortam in ∴, præcedente aliquot dierum digestione; sic enim evadit temperatior, & valdè utilis in Medicina. Dosis sp. nitri dulcis est à ʒß ad ʒj in vehiculo appropriato. *Notetur* autem, quod misturâ horum spirituum, *quando* scilicet *sp. nitri & ▽ probè rectificati miscentur, ingens excitetur effervescentia*, adeò, ut *nisi sensim* sensimque *permisceantur*, interdum flamma erumpat, & *vasa rumpantur.*

Hoc medio innixi sunt, qui tanquam per secretam encheirisin volunt *sal volatile ex spiritu vini* elicere: Recipiunt scilicet ▽, & permiscent pedetentim cum ℔j spiritus nitri, donec cesset omnis strepitus & effervescentiæ impetus; tunc per retortam lenissimo igne abstrahitur liquor (dico lenissimo igne) & remanebit ☽ saporis aciduli, quod est *sal volatile spiritus vini*, fixatum à spiritu acido nitri, quod sal *additione alcali fixi facilè potest destillari in spiritum urinosum.* Hoc non probavi, sed ab aliis communicatum accepi.

Hic sp. nitri cum ▽ paratus, itaque dulcificatus, vocatur sp. Anticolicus, in specie, si ▽ prius abstractus sit à chamomilla Romana, aut plantis aromaticis carminantibus, valde convenit in Colica humorosa, biliosa, & scorbutica: optimum est carminans vel flatus discutiens ad ʒj. In toto regno minerali simillimus non reperitur. In tympanitide & omnibus flatulentis corporis affectibus non habetur pars remedium, *estque singulare antipleuriticum*, quam curat per sudorem, si præsertim ▽ abstrahatur à plantis antipleuriticis. Mistus hic ∽ nitri dulcis cum Julepis *prodest in angina, & omnibus febribus* ardentibus & symptomaticis, *cum angina partiumque inflammatione conjunctis*; est enim sudoriferus, & in pleuritide ʒj in ▽ carduibenedicti assumptus, est optima Medicina. Denique *in nephritide*, in ardore *& inflammatione renum*, est expertum remedium, haustus cum vehiculo appropriato, pellit ⌐m, exturbat sabulum, longeque præferendus spiritui nitri acido.

Aliàs *nitrum & ejus est sp. basis omnium aquarum fortium*, & aquarum *& regiarum.* Parantur more communi ▽æ fortes ex nitri p. j. Vitriolique p. ij. Hæc mista destillentur per retortam, & fit ▽, quæ nihil est aliud quàm ∽ nitri; utut enim additum sit ⊕, tamen de vitriolo nihil prodit. Hinc *tantum præstamus cum solo spiritu nitri quàm cum aqua forti*: sic ∽ nitri rectificatus solus solvit ☽am instar ▽: sic *si permista sunt* ☉ *&* ☽, *& affundatur mixtura sp. nitri solvit* ☽*m*, ☉ *autem intactum relinquit*; si autem aliquid ∽ vitrioli spiritui nitri addatur, etiam simul in ☉ agit, quod ▽ sola non præstat. Accedit & huc, quod ex △ forti, ⊖ ♀ affusâ, verum

☉ producatur. *Aqua Regis* constat ex nitro & ⊖e communi, vel ammoniaco ⊖e: nam *quotiescunque additur nitro sal, semper evadit aqua regis.* Unde *aqua Regia Basilii Valentini* fit, quando destillantur *nitri* p. ij ⊖✳*ci* p. j. *silic. contus.* vel ∴ *a* p. iij l. jv. unde prodit ∽ nitri, acutus cum ammoniaco ⊖e. Vel

℞. ☉ *i*,
⊖✳*ci* à p. æqv.
silic. contus. p. iij.

Mixta destillentur per retortam,

Elegantiori adhuc encheirisi præparari potest *Aqua fortis & aqua Regis*, v. g.

℞. ∽ ⊕ *li*,
cui addatur
☉ in ▽ *communi* solutum.

Hæc mista destillentur in ∴ per retortam, prodit perfectus ∽ *nitri*; cui si quid addatur ⊖*is communis*, fit ℞.

Vel

℞. ∽ ☉*i* aut ▽ p. ij.
⊖*is mar. decrep.* aut ♉ *a fus.* p. j.

Destillentur per retortam ad siccitatem pro ℞.

Vel

℞. ⊖*is comm.* ℔ ß.
solvatur i
▽ *simpl.* p. iij.
addatur
▽ ℔ ß. M.

Item:

℞. ▽ vel ∽ ⊙ *i* p. iij.
⊖✳*ci* p. j. M.

Item:

℞. ∽ ⊖*is* ℥xvj.
⊙ *i* ℥xx M.

Dixi in ▽ forti nihil superesse de Vitriolo: ast hoc tamen certum est, quod ∽ *nitri particulas, metallicas Veneris secum rapiat*, & probatur: si n. ▽æ forti bullienti immittatur cultrum, tunc mox rubedinem contrahit; quia particulæ acidæ & exhalantes ex ▽ forti corrodunt, ♂ unde licet nihil de vitriolo in ▽ forti adsit ex mente *GLAUBERI* partes tamen metallicæ spiritui nitri se associant, & simul ascendunt. Unde pannorum tinctoribus spiritus nitri simplex nihil prodest, sed saltem ▽, & quidem ex ana nitri & vitrioli tantùm parata: ut taceam, diversa vitrioli genera diversam quoque ▽ operationem conciliare pro pannis tingendis. Quod si tamen ▽ desideretur purior meliorque, *addatur loco vitrioli alumen*, quòd talibus partibus metallicis planè caret. *Aqua fortis dicata est solutioni* ☽ *a*; econtra *Aqua Regis dicata* est *solutioni* ☉*is*, non verò ☽æ: cui *Aquæ forti*, quæ *lunam aliaque metalla, præter* ☉*em*, *solvit*, si ⊖ commune addatur, solvet ☉, ☽ intactâ relictâ.

Jam aliquid *de capite mortuo aquæ fortis*, ex ana vitrioli & nitri paratæ venit agendum.

Caput mortuum hujus ▽ *constat ex acido vitrioli & alcali nitri*, quod *calcinatum*, inque ollis ▽ communi elixiviatum *dat sal album* ex insipido amarescens, quod vocatur omnium rectissimè *nitrum Vitriolatum*. Hac in Mistura alcali nitri arripit acidum vitrioli, ⊽at metallum, simul aggreditur partem Vitrioli metallicam, & extrahit de sulphure ejus fixo, & sic coagulatur in ⊖ ⊖sum tertium: Unde notum est, quod hoc ⊙ ⊕ latum, vel, ut aliàs quoq; appellatur, *Arcanũ duplicatum MYNSYCHTHII in armament. Chym. pag.* 10. *habeat blandam virtutem anodynam seu somniferam in vigiliis diuturnis aliisque affectibus.* Multas quidem difficultates contra remedii hujus præparationem & effectus movet *ZWELFFERUS in mantissa spagyr. pag.* 407. sed malè: modò enim *caput mortuum* sufficienter fuerit calcinatum, ut sub solutione cum *aqua* omnis *terra vitrioli Metallica* separetur, & fundum petat, & acidum vitrioli ab alcali nitri exactè saturetur, omne dubium evanescit; non rectè enim saturatum metallicas partes continet, pro qua saturatione perfectiore aliquid nitri fixi vel ⊙ ♀ addendum est: econtra juxta *ZWELFFERI* modum loco arcani duplicati ⊕ *vomitum* acquiritur. Loco capitis mortui ad modum ♀i ⊕ lati Tacchenii parari potest instillando nempe ⊙ *fixum* in ▽ solutum in *solutionem Vitrioli* ad punctum saturationis; sic ⊽atur metallum, & crystallisatur ⊖ salsum tertium dictum.

Usus nitri vitriolati est optimus in omnibus affectibus chronicis, in quartana aliisq; febribus intermittentibus ardentibus, malo hypochondriaco, scorbuto; lymphæq; vitia corrigit. Datur ante paroxysmum ad ℈j, *& est egregium stomachicum*; unde quoque fuit basis pulveris stomachici D. D. *MICHAELIS*: sic *in mensibus suppressis* misceantur grana vj. myrrhæ, & feliciter succedit operatio. In specie *in affectibus Melancholicis*, in mania, &c. si propinetur cum camphora (nam *in camphora perfecta cura maniæ latet*) non exiguum dabit commodum. Præterea quoque quia somnum inducit ratione ♃is, è corpore metallico vitrioli eliciti, in his maximo pere conducit affectibus. Vocatur ⊖ antifebrile, quia *in febribus extirpandis optimum est*, tam loco digestivi in diebus intermissionis, quàm horâ proximâ ante paroxysmum ad ℈j propinatum.

LECTIO XVII.

Pergo jam ad

SOLUTIONES, EXTRACTIONES, & ad has facientia MENSTRUA.

NOtum omnibus est communissimum illud Chymicorum dicterium: *Solve & coagula*; *quo encheirises totius artis Chymicæ innuuntur*, imò ipsius Lapidis Philosophici compositio intelligitur, quæ per frequentes coagulationes, & elixiviationes peragitur.

Quod attinet in genere

Solutiones,

peraguntur hæ liquore quodam, qui vulgò dicitur Menstruum, quo ipso quoq; fiunt Extractiones; unde & alio nomine claves dicuntur menstrua, quia iis mediantibus recluduntur corpora, & ex iis essentia optimaque pars elicitur. Cum menstruo fit Extractio & solutio, quæ differunt inter se ut magis & minus. Nam in solutione totum concretum maximè in sua minima resolvitur, in extractione verò non totum, sed nobilior ejus tantùm pars, nunc ♃ea, nunc salina, nunc utraque simul, beneficio menstrui extrahitur, reliquis intactis relictis: v. g. lixivium cum ⊖ ♀ aloën solvit in sua minima; ▽ verò simplex ejus tantùm partem mucilaginosam extrahit. Posterior hæc operatio Extractio est, prior verò perfecta solutio.

Menstrua

sunt duplicia; *vel universalia, vel particularia.*

Universale Menstruum Alcahest aliàs dictum, *dicitur id*,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0456-6 DFG

tur id, *quod omnia corpo a indiscriminatim* in prima sua principia, absque corrosione viriumque suarum attritione & perditione, *solvit*. *Particulare verò est*, *quod quædam saltem sibi proportionata corpora* solvere potest; imò sæpiùs partem tantùm aliquam eorum solvit aut extrahit; Quorum *Menstruorum operationem multùm promovet* △. Nam ab igne particulæ menstrui agitatæ, inque motum concitatæ fortiùs se in corpus solvendum insinuant illudque resolvunt; unde digestionum in facilitandis solutionibus apparet utilitas.

Particularia menstrua varia sunt, *unum* tamen *potentius altero* v. g. acetum destillatum probè rectificatum, vel simplex, est fortius ▽ simplici; aceto destillato fortior est ☌ vitrioli; cui potentior ☌ ⊕. Dictum est menstrua particularia esse varia: *Non* enim *omne corpus solvitur à menstruo quolibet*; quia recipitur certa proportio inter menstrua solventia & subjectum solvendum; ita tamen, ut hæ duo in radice conveniant; aliàs nunquam hæc succedet operatio. Ratio convenientiæ in radice est, quod reperiatur proportio quædam inter particulas menstrui solventis & poros subjecti solvendi, ita ut sibi invicem respondeant, seque invicem insinuent & uniant, quod tamen in particularibus Menstruis tantùm locum habet v. g. *saccharum* in ▽ *solvi potest* quàm promptissimè; *nunquam* verò succedit *cum* V̊; *Ratio hac est*, quia saccharum est naturæ salinæ; jam verò, *quod naturæ salinæ est*, *facilè se conjungit cum aquosis*: econtrà V̊, utut sit longè penetrantior & volatilior, *si sit rectificatus*, *non solvit saccharum*; quia est naturæ ♃eæ, quæ repugnat salium conformationi. Item contingit tale in Extractionibus; v. g. jalappa si infundatur in ▽m simplicem, nunquam ejus virtus purgans extrahetur; econtrà si infundatur cum spiritu vini, citiùs in leni calore extrahitur ℞ rubicunda, quia virtus purgatrix residet in parte jalappæ resinosa, quæ menstruum requirit ♃eum seu oleosum.

Non aliter sese res habet in regno minerali: *Mercurius cum* ☉e *se promptissimè unit*, qui tamen *cum* aliis Metallis, e. g. *Marte*, aut *non aut difficulter conjungitur*. Ratio videtur hæc subesse, quod *aurum in se foveat Mercurium purissimum*; *unde Mercurius vivus* propter proportionem & conformationem texturæ utrorum facilè se cum Mercurio ☉is combinat ac unit, *Martis* verò *corpus*, quod *multum obtinet salis & minimum Mercurii* (*unde* etiam *tam difficulter liquatur*) difficulter ingreditur.

Sed pergendum: Porrò *menstrua particularia* sunt in triplici differentia: *Aut sunt aquea aut sulphurea* seu oleosa, *aut* denique *salina*.

Aquea menstrua quod attinet, ea dicuntur omnes liquores, substantiæ omnis salinæ atque ♃eæ expertes, hincque inodori atque insipidi. *Inter* hæc *se offert*

Aqua,

quæ imprimis *convenit solvendis* aut extrahendis *salibus*, v. g. tartaro, alumine, vitriolo, &c. *& aquosis aut mucilaginosis*. Quando autem *WILLISIUS de Ferm. cap. 9.* dicit: *Aquam communem tenuiora quoque* ♃e *corpuscula recipi & complecti*, *non nisi ratione salis terreis aut metallicis particulis conjuncti*, contingit, quod v. g. in ♀i vel vitrioli solutione observatur, ex qua per ⁼⁼ationem particulæ hæ terreæ fundum petunt. Deinde aqua conducit *pro solvendis* & extrahendis *vegetabilibus quibuscunque*, *modo non sint resinosa*: unde hujus beneficio parantur decocta & infusa, item ℞e *vegetabilium felicius* extrahuntur, imprimis *si aqua* centaurii minoris *cum sale tartari*, sive illud sit simplex lixiviale, seu ejus cremor, *jungatur*. *Hoc modo* extrahuntur & *corriguntur* quoque *Purgantia*, *quorum vis in mucilaginosa*, non verò in resinosa *parte consistit*, v. g. senna, rhabarbarum, &c. Ulterius simplex usurpatur *pro extractione animalium*, imprimis *accedente coctura*: hinc fiunt omnia juscula animalium, eorumque partium; hinc fiunt Gelatinæ; hinc *instituitu beneficio ejusdem* ▽æ appropriatæ *calcinatio Philosophica sine igne cornuum & ossium*.

Ad menstrua aquosa pertinent

Ros majalis.

qui *turget sale volatili nitroso* qui *Ros majalis* destillatus *dat phlegma salinum*, quod *est egregium menstruum pro extrahendis essentiis* aut extractis *vegetabilium præparandis*, & præfertur non rarò ipsi V̊, cujus caliditas & inflammabile ♃ multis est suspectum; imò *Ros majalis ritè præparatus* ☉ *solvit*, elegantemq; ejus extrahit essentiam; hinc *ex sale roris majalis deducenda est virtus vegetans vegetabilia*.

Sequitur

Aqua Martia,

quæ *impregnata est copiosissimis virtutibus seminalibus plantarum*, aliarumque rerum terrestrium, præterea quoque *acuata est* copioso sale volatili, exhalante è rebus terrestribus, & imprimis ex vegetabilibus propter vim progerminativam. Hæcce *destillata dat menstruum* elegans *pro extrahendis virtutibus vegetabilium*: Unde sunt, qui ex aqua martiata volunt parare menstruum universale: id quod in specie tentavit *BURRHUS*, qui non tantùm menstruum universale, sed etiam lapidem Philosophicum voluit præparare ex ea, quod sit impregnata in fluxu astrali, & fœta spiritu mundi universali seu Mercurio Philosophorum. Sed res non processit, quia accepit loco menstrui universalis menstruum ☾osum, quo potuit solvere ☉em.

Nix

dicitur quibusdam inservire pro menstruo, quod tamen non facilè concesserim. Error exinde est, quia putatur, in se continere sal nitrosum, de quo tamen non pauci dubitant. Contrarium *quidam* exhibere volunt, dum *ex nive parare student sulphur*, *&* etiam *quoddam oleum*, *sed paucum*, quod curiosum satis: *Vid. BARTHOLIN. Centur. 3. Epist. 99. pag. 628.*

Et quidem menstrua dicta aquosa rorem majalem, ▽m pluvialem & nivalem, plures particulas activas, quàm ▽m simplicem continere, confirmat *HELMONTIUS*, qui rorem dulci sacharo divitem, se per ignem edoctum esse, dicit; ejusque Commentator, *GREMBS*, ▽m pluvialem destillatam nullis seculis putrescere, testatur, eò quod æquore vaporetenus aliquid salis continuò adscendat, & in primam æquè materiam convertatur. Huc spectant Observationes & Experimenta, quæ *THOMAS HENSHAW*, *Eques Anglus*, circa rorem majalem tentavit, & *Societati Regiæ Anglicanæ* communicavit: Nempe aquam hanc nec calore MB, nec radiorum ☉arium, putrefieri, sed potiùs ab iisdem incorruptum præservari, & magis magisque clarescere; in loco verò umbroso de se ipso corrumpi. Imò ejus putrefacti roris magnam quantitatem evaporatam, notabilem portionem ▽æ cinereæ reliquisse, quæ in ☾ vitrea, igne vehemente mox colliquefacta sit in massam similem illi, quæ ex sale & ♃e colliquatis apparet, & ▽m fontanam purpureo colore tinxit; ejusdemque

▽æ

♈æ ♄ij repetitis calcinationibus & solutionibus ☿ij ⊖is demum albi exhibuerint *Vid. Actor. Angl. Ann. 1665. p. 24. & Ephemer. Erudit. T. 2. pag. 148. sequ.*

Aquea hæc menstrua, uti promptè ingrediuntur corpora ☽ium, ita nunquam ♃eis miscentur, nec eadem solvunt.

Quod verò spectat menstrua ♃ea & oleosa, inter hæc eminet ♈, qui est naturæ oleosæ seu sulphureæ spirituosæ, extrahens ℞s ♃eas & oleosas. Huc quoque faciunt ∽ vegetabilium ardentes, ♃ei dicti, item ☵à destillata, quæ sunt nihil aliud, quàm ⊖ia volatilia, beneficio pinguis acidi concentrata, & hæc quoque solvunt ♃ea. Huc etiam spectant aromata, quæ constant ☽e volatili oleoso seu ♃eo, quæ promptissimè se uniunt cum menstruo ♃eo. Huc trahuntur resinæ, ut succinum, benzoë, &c. quæ suas exhibent cum ♈ rectificato ℞s. Quandoque & *metallorum sulphura aggreditur spiritus vini rectificatus*: hâc tamen cum conditione, ut hæc *prius per aliud menstruum fortius* (acetum destillatum nempe) *fuerint optimè corosa*, & particulæ metallicæ intimè per calcinationem fuerint separatæ. *Ad* hæc *menstrua oleosa pertinent olea destillata*, ☵ terebinthinæ, baccarum juniperi, anisi, &c. Hæc enim non solum *solvunt sulphur commune*, id quod apparet in præparatione balsami ♃is, sed etiam solvunt ♃ antimonii; cujus substantia admodum est ♃ea. Sic *cum oleo destillato anisi ex sulphure antimonii fit solutio elegans in balsamum antimoniale*: itidem *cum oleo destillato anisi ex nitro tentant quidam extrahere sulphur volatile*: Vid. *GLAUBERUS.*

Pertinent huc & terebinthina & vitellum ovi, quæ loco menstruorum interdum inserviunt: & quidem terebinthina solvit gummata, e. g. hederæ, myrrham, opopanacem, galbanum, &c. quæ ab aliis per ✠ solvuntur: Vid. *ZWELFFERUS*: Vitellum ovi solvit terebinthinum e. g. ut cum aqua pro potiunculis & clysteribus misceri possit; item resinam jalappæ, & balsamum Peruvianum.

Succedunt demũ *menstrua salina*, tàm *acida* quàm *urinosa*, & ex his mixta seu salsa; sed diversi generis, pro diversis regnis. *Ex regno vegetabili* usurpatur menstrui loco *succus citri berberum, cydoniorum*, &c. item *omnia* ✠ *a ex succis istis per fermentationem parata, ut & sp. acidi lignorum.* Hæc *menstrua acida ex regno vegetabili sunt temperata, ac non tam corrosiva quàm mineralia*, quare utplurimum *ad subjecta porosiora adhibentur*; v. g. ad lapillos cancrorum, corallia, conchas, testas, item ad martem: Horum enim porositas facile admittit menstruorum horum vegetabilium introitum, taliaque facilè à similibus solvuntur.

Hæc *menstrua acida, quando solvunt* ejusmodi *porosa alcalia corpora*, plerumque *excitari solet effervescentia*; quia *in hisce*, ceu notum, *alcali latet occultum volatile*, quod dum congreditur cum menstruo acido, excitat effervescentiam.

Acetum destillatum primatum obtinet inter menstrua vegetabilia; adeò enim operatur, ut & metalla (calcinatione tamen prius reserata paulum) solvat. Sic *ex vitro antimonii cum aceto destillato fit Tinctura antimonii*: sic *acetum destillatum solvit saturnum seu minium in sal saccharinum*: similiter *acetum destillatum martem in crocum convertit* utilissimum: idem *acetum destillatum venerem transmutat in aruginem*, ex qua prodit ∽ æruginis seu viridis æris, secretum *ZWELFFERI*, qui videatur. ⊕ namque fit, quando laminæ veneris miscentur cum vinaceis in loco calido; sic enim fit, ut vinacea fermentando eructent spiritum acidum, qui veneris laminas corrodit in æruginem. Hæc *arugo cum spiritu tartari destillatur in spiritum acidum* egregiè penetrantem, qui longè potentior, quàm alius quispiam. *Aliò modò* hic ∽ destillatur *ex crystallis* ⊕; modum videbitis *apud ZWELFFERUM.* Hoc *de spiritu* ⊕ *notandum*, *quod agat in solvendo sine reactione*, cùm tamen econtrà alia menstrua solvendo suam amittant virtutem, *ita* planè, *ut possit sæpiùs pro tali solutione adhiberi idem spiritus. ZWELFFERUS* quidem vult, *quod* omninò *sine amissione virium operetur*; quod tamen *simpliciter non est verum*; semper enim aliquid de acido ∽ ⊕ adhæret subjecto corroso, unde tandem debilitatur, & inertior evadit.

Ex regno minerali desumuntur *menstrua salina acida*, qualia *sunt*: *Aqua fortis*, *Aqua Regia sp.* ☽*is*, *nitri*, ♃*is*, *Vitrioli*, &c. quæ *sunt menstrua corrosivissima*, corpora etiam compactissima solventia, *in specie* ☉em & ☽m, aliaque, pro diversitate solvendorum. Hoc autem considerandum, quod *aqua fortis*, *licet* etiam sit *corrosivissima*, *nihilominus tamen* non *omnia solvat metalla*, propter diversitatem texturæ: *Aurum non solvit, nisi addatur sal commune vel sal ammoniacum*; tunc enim ☉, non verò ☽am solvit: *Nullum* namque *menstruum solvit* ☽*am*, *nisi eidem admistum sit nitrum & sal commune. Stannum non solvitur aceto destillato* in saccharum vel ⊖ Joviale, *nisi priùs probè sit calcinatum*; econtra citissimè Mars dissolvitur. Hæc enim menstrua sunt corrosivissima, quia durissima corpora resolvunt.

Ex regno animali menstruum acidum præbent formicæ, quarum ∽, quoad aciditatem, cum spiritu ⊕ convenit; quia cum his saccharum ♄ni paratum, pristinâ suâ aciditate abstrahuntur; ✠ econtrà aciditatem suam planè immutat.

Jam quæritur: *an dentur menstrua insipida?* sunt qui negant, inter quos reperitur B. *ROLFINCCIUS, BILLICCHIUS & ANGELUS SALA.* Aft affirmativa sententia verior est, experientiâ munita: Nam *corrosivitas, qua talis, non solvit corpora*; sed eatenus, quatenus in menstruo sunt particulæ pungentes, quæ sese insinuant in poros subjecti solvendi: Jam quid repugnat, cur non adsit talis figura particularum in menstruis insipidis, quæ eadem corpora solvenda penetrare possit? *Mercurius vivus*, *gustu* teste, est *insipidus*; attamen *solvit* ☉*em*: *oleum commune solvit martem*, solvit quoque ☽*m*, *si* ☽ diutiùs in eo contineatur; est tamen ferè insipidum. *LAUREMBERGIUS* per experientiam affirmat *in Aphorismis*, se vidisse menstruum insipidum, in quo ☉ liquefactum fuerit, instar nivis à ☉e. Unde probabile est, dari talia.

Hæc fuerunt menstrua ⊖ina acida.

Quod attinet *menstrua salina urinosa*, horum duæ observantur species, fixa & volatilia. Inter Fixa *sunt lixivia fortia* ex cineribus clavellatis, ⊖♀, &c. Quibus accedit lixivium ♆æ; *quæ omnia solvunt sulphurea*, imò & ipsa eliciunt metallorum ♃a: *ut taceam* de solutione ♃is communis in præparatione lactis seu magisterii ♃is pro qua lixivium ⊖♀ convenientissimum est. Hoc autem præstant, quia in radice conveniunt cum ♃eis; *salia* enim *fixa* (*ex quibus utplurimum lixivia conflantur*) *fiunt demum in calcinatione corporum ex sale* volatili, & ex acido seu sulphure corporum, quæ duo abeunt in ⊖ tertium ⊖ium; unde

unde propter hoc ♁ eum principium reliqua ſolvunt quoque ſubjecta ♁ea: Vid. *HELMONTIUS Complex. atque Mixt. Element. Figment.* item *Blas Human.* quam ſententiam etiam defendit *POLEMANNUS de ♁e Philoſoph. cap. 2.* Sic *lixivium calcis vivæ ſolvit antimonium in ſulphur antimoniale: lixivium ſalis tartari ſolvit ſulphur crudum.*

Verùm non tantum in mineralia, ſed etiam vegetabilia & animalia, menſtrua alcalium agunt, quando v. g. Decoctis & Infuſis ♁☿ additur, & ☉ fixum ungulam alcis, quæ aliis menſtruis vix cedit, omnium optimè ſolvit.

Non infrequentia quoque ſunt *Menſtrua urinoſa volatilia*, ſeu ſpiritus urinoſi ex animalium partibus & excrementis producti, quæ *varia ſulphurea & fixiora* quodammodo *poſſunt elicere.* Sic *ex ſpiritu urinæ, ♁☿ci, &c. fit menſtruum pro Tinctura Veneris & ſolis: ſic ſp. vini, acuatus cum ſale volatili urinoſo, dat egregium menſtruum, tàm pro vegetabilium quàm mineralium partibus ♁eis eliciendis: ſic ex ♁e aut floribus ſulphuris cum ſpiritu cornu cervi,* vel *deſtillationem cum ſale ammoniaco & ♀ & ♁e, ℞ elicitur.*

Jam videamus paucis, *an detur menſtruum univerſale, quod omnia corpora ſolvere poſſit?* Multi negant, & præprimis *ROLFINCCIUS in Chymia l. 2. c. 4. CONRINGIUS de Hermet. Medic. l. 2. cap. 8. & MORHOFF de Transmutat. metallorum*, qui neminem vidiſſe ſcribit, qui talem liquorem omnia ſolventem aſſeverare potuerit; quamvis non pauci ſint, qui ipſum lapidem Philoſophorum viderint. Qui tamen in ſublimiori Chymia verſati ſunt, affirmant. Primus omnium hoc affirmavit *PARACELSUS*, quemque ſecutus eſt *HELMONTIUS, STARCKEY, BORRICHIUS in Vindic. contra Conring. l. 2. cap. 6. LUDOVICUS de COMITIB. de liquore alcaheſt, BECCHERUS Phyſicæ ſubterran. l. 1. Sect. 3. cap. 4.* & alii. *Hoc menſtruum univerſale* hi laudati Autores vocabulo technico *vocant alcaheſt.* Derivatio hujus eſt incerta: Sunt qui ab alcali deducunt, quaſi *ex alcalibus præparandum* ſit menſtruum univerſale: Alii volunt, quod dicatur Alge eſt. Sed utut ſit, alcaheſt *HELMONTIO eſt liquor, qui ſolvit omne corpus indiviſibile usque ad imam craſin ſeminalem, ob* id *quoque vocatur △ Gehennæ.* Et de alcaheſt vulgare ſonat proverbium illud Chymicorum: Vulgus concremat per ignem, nos per aquam. Ita *alcaheſticum menſtruum hujus eſt virtutis, ut licèt ſolvat omnia corpora; tamen agat ſine reactione*, i. e. quod non debilitetur, *& ſeparari vel mille vicibus poſſit à ſolvendis, ſeu ſolutis ſine facta ſui debilitatione*: unde *corpora ſolvit ſine κεφαλαιο ſeminalis deſtructione.* Contrariũ patet in aliis menſtruis; operatur namque per ſolam penetrantiam, imò ſummo artificio tandem *omnia corpora in aquam elementarem convertit.* Sed utut omnia diſſolvat corpora, *à Mercurio* tamen *abſtractus eum ſigit ut mallei vehementiam ſuſtineat.* Liquoris hujus alcaheſtici fiendi modus pene omnes latuit hactenus; propiùs tamen acceſſit *STARCKIUS* inſignis Chymicus, qui tanquam poſſeſſor hujus *docet, eſſe corpus ſalinum apparens in duabus formis, eſſe corpus neque volatile neque fixum totum: ex duabus naturis radicaliter, ſed unum apparenter*; hoc ipſo innuit, eſſe liquorem alcaheſt.

Clarior eſt *BECHERUS*, qui dicit, eſſe corpus ♁inum, & ex Mercuriali terra, tertio metallorum principio, conſtans, quam ♃m Mercurialem in ♁e communi reperiri dicit: aſt rara avis. Ridendus interim eſt *GLAUBERUS*, qui ex nitro voluit componere menſtruum univerſale. *Qui non habet* verum *alcaheſt, diſcat volatiliſare ſal tartari fixum, & habebit ſuccedaneum liquoris alcaheſt, ſeu menſtrui univerſalis.* Volatiliſationis hujus modi dantur varii: Alii *volatiliſant ſal tartari cum ſpiritu vini rectificatiſſimo; alii cum aceto deſtillato & ſpiritu vini; alii per aërem.* Vid. *ZWELFFERUS* & alii.

Proportio menſtrui pro diſſolutione aut Extractione, utut adeò accuratè determinari non poſſit communiter tamen requiritur quadruplum, ſextuplum & octuplum, pro ratione ſubjecti ſolvendi aut extrahendi.

LECTIO XIIX.

Egimus hactenus de ſolutionibus, Extractionibus, & menſtruis. Poſt ſolutionem peractam fit ſeparatio corporis ſoluti, & dicitur

PRÆCIPITATIO,

quæ eſt frequentiſſimus Chymicæ ſecretionis modus, & opponitur ſolutioni. Nam ſolutio eſt abſorptio & imbibitio ſubjecti ſolvendi facta à menſtruo ſolvente. *Præcipitatio* autem *ſeparatio particularum ſolutarum* ſeu *corporis ſoluti* ex menſtruo ſolvente; hinc ſolutio anteà clara turbatur, ac tandem id, quod ſeparatum eſt, vel ſub pulveris forma ad fundum vaſis ſecedere cogitur e. g. Magiſterium lapillorum cancrorum, ſolutorum in aceto deſtillato, & ▽atorum cum liquore quodam, ſpiritu ⊡æ aut ſaletartari cum aqua ſoluto, ⊙ fulminans, lac ♁is &c. vel in liquore fluctuet. *Ratio* quapropter denuò ſeparatur ſeu ▽atur corpus ſolutum à reſolvente, *eſt duplex: Primo*, ▽atio *fit propter porulorum ſeu ſpatiolorum in menſtruo ſolvente repletionem* ac *anguſtiam*, ut particulas contentas non ampliùs poſſint retinere: *ſecundò*, ▽atio *fit propter gravitatem particularum ſolutarum*, quatenus ipſæ particulæ contentæ ineptæ redduntur, ut non amplius in liquore pendere aut contineri queant. Utriusque modi ſunt exempla ſequentia: Et quidem exemplum ▽ationis, quæ fit propter anguſtiam porulorum menſtrui ſolventis, ſit ſequens: Fiat ſolutio ſeu *extractio* jalappæ aut vegetabilis cujusdam *cum ſpiritu vini*; hæc extractio *præcipitatur cum aqua communi*, quia affusâ ▽ ſe inſinuat in poros ♈, quibus anguſtatis extruduntur particulæ reſinoſæ à ♈ ſolutæ, & ▽antur ad fundum. Sic *ex benzoë cum ſpiritu vini Tinctura fit non inelegans*, quæ *egregium* eſt *pectorale*: Hæc *Tinctura* ſeu eſſentia *benzoës* ſi miſceatur *cum aqua communi aut ▽ roſarum*, fit liquor lacteus, quatenus aquoſæ particulæ ſe promptè uniunt cum ♈, ut ex iſta impletione porulorum ♈ particulæ contentæ *præcipitentur ad fundum.* Exemplũ præcipiationis ratione ponderis ſit ſequens: ſolvatur ⊙ *in aqua Regis, addatur* ☿, *mox ad fundum præcipitabit aurum*; quia ☿ ſe conjungit cum particulis auri, & ambo propter pondus nimium ad fundum ſecedunt: Aut ſi inſtillatur ♁☿, ⊙ ▽tatur ad fundum, quia ♁☿ adhæret particulis acidis cum auro, quod cum particulis acidis ſaturatum tantum pondus acquirit, ut non ampliùs poſſit contineri: ſic ♁is ▽tat ☽am & Venerem, cũ ſpiritu nitri vel aqua forti ſolutum, quatenus ♁is cum ſpiritu nitri ſe conjungit, ut hic particulas metallicas

continere non possit. Huc facit ☵atio lactis cum aceto destillato.

Præterea *Præcipitatio est vel spontanea vel violenta*: *Spontanea* est, quando suâ sponte secedunt particulæ solutæ ex menstruo. Sic si solvantur perlæ vel corallia in succo citri, solutio est clara; postmodum fit secessio spontanea partium solutarum ad fundum: *Violenta* fit, quando solutioni additur tertium quid. Exemplo sit *Magisterium Nephriticum*, quod fit ex speciebus nephriticis, quæ solvuntur in spiritu salis composito; qua solutio accedente tertio cum vitrioli spiritu violento modo ☵atur ad fundum: quibus accensenda omnia Magisteria officinalia; item aurum fulminans; ♃ antimonii ☉atum; magisterium antimonii diaphoretici, quod post hujus edulcorationem ex solutione nitri ☵ati ☵atur; lac ♃is &c.

Præcipitatio porrò est vel totalis, vel partialis. Totalis est, quando particulæ separatæ totaliter cum impetu ☵antur ad fundum: *Partialis* ☵atio est, quando particulæ solutæ non separantur ad fundum, sed tantummodò aliquantisper ex poris menstrui extruduntur. Sic si ⊡æ inspergatur parum salis, tunc partes salinas ⊡ extrudit particulariter tantùm; item si solutioni radicis jalappæ aut scammonii cum ☿ (quæ dat *tincturam* rubentem) affundatur aliquantulum ▽æ simplicis, non autem magna quantitas, tunc liquor seu *tinctura rubra* anteà perspicua subitò pallescit & albescit, & resina ☵atur in fundum; sin verò sufficiens quantitas affundatur, resina eorum fundum petit.

Ut notior fiat & clarior doctrina ☵ationis, notum, est, quod lac per omnia *acida ac austera*, e. g. acetum vel alumen, *præcipitetur*; quia hæc omnia vim habent crassũ lactis corpus coagulandi, unde angustantur seri lactis pori & agglomerantur, unde perfectam in lacte casei faciunt separationem. Hinc omnia alcalia lacti permista impediunt ejus congrumescentiam, daß man dannenhero keine Butter machen kan; Ratio hujus est, quia alcalia attenuant lacteum humorem crassiorem, unde pori dilatati non permittunt, ut fiat sui coagulatio. Sæpè fit, ut ℞æ & essentiæ quædam vegetabilium in loco calido eleganter perspicuæ sint & coloratæ, ut primum exponuntur aëri frigido, fiant turbidæ & opacæ: Ratio hæc est, quia calor attenuat poros menstrui, ut perfectè absorberet particulas soluti corporis in se; in frigore subit adstrictio poros menstrui, quibus adstrictis, particulæ solutæ aliquantisper extruduntur, unde hoc modo fit ☵atio particularum. Sic e. g. Urina, quando ab ♃e frigidiore condensatur, propter adstrictos poros turbatur, & contenta sua, per minima antea juncta, dimittit; blando autem calori iterum exposita, eadem mox commiscentur, & ⊡ iterum clarescit.

Omnes solutiones factæ cum acidis, per alcalia præcipitantur; econtrà solutiones institutæ per alcalia, præcipitantur acidis. Solvatur ☉ in ♈, quæ acida est; si instilletur ♁i per deliquium, exinde sublimatur non sine strepitu in pulverem gryseum, qui dicitur *aurum fulminans*. Hæc est solutio sublimata per alcalia. Sic sulphur ☉atum antimonii solutum per alcalia, scilicet per lixivium ⊖♀ sublimatur cum spiritu vitrioli vel aliis quibusvis; sic ♃ solutum cum lixivio ⊖♀ sublimatur cum acidis, hinc ♃ lactescens in fundo subsidet, qui dicitur lac sulphuris. Et hac ratione, utut rarò fiunt Magisteria ex vegetabilibus, quæ primùm à *MYNSYCHTHIO* & *ZVVELFFERO* in medium prolata sunt: sic fit *Magisterium absinthii, scordii, petroselini, rutæ*, &c. scilicet

℞. *Absinthii, scordii*, &c. qu. v.

Coquatur in *lixiv. c. alcali, l. ciner. clavellat. l.* ⊖♀ *impregnato*: Colaturæ filtratæ inspergatur ☉ *pulverisatum*, aut *solutio aluminis cum aqua facta*, & sic præcipitantur partes solutæ ad fundum, vegetabilis colorem præ se ferentes.

Hoc etiam modo præparatur *Lacca Florentina*, quæ nil aliud est, quàm solutio *granorum chermes in lixivio, cum alumine præcipitata* & edulcorata. *Ratio* præcipitationis est, quia acidum aluminis se conjungit cum alcali lixivii, unde necessariò partes vegetabilis solutæ præcipitantur. Verùm hîc observandum, quod in hac præcipitatione cum alumine simul præcipitetur ejus terra fixa; quia *omne alumen ex sulphure acido & terra petrosa constat*, unde talia Magisteria semper fiunt composita. *Ratio* autem, *cur alcalia præcipitent acida?* & contrà *est, quia hæ salia mutuam sui exoptant unionem, unde factâ eorum combinatione, necessario partes solutæ vel pondere dilabuntur, vel vi præcipitantur.* Ex hoc fundamento fit atramentum, & omnes ℞æ artificum seu Mechanicorum: v. g. si solutioni vitrioli claræ addatur decoctum gallarum clarum, itidem mista dabunt liquorem atrum imperspicuum; quia alcali volatile gallarum absorpsit & se conjunxit cum acido vitrioli, unde ⊕ ex se dimittit partes suas metallicas Veneris & Martis, hinc talis turbidus liquor: Sic *si permisceatur spiritus vitrioli cum spiritu sanguinis humani*, exinde fit mistura viridis; quia alcali volatile in spiritu sanguinis humani *acidum vitrioli absorpsit, & præcipitat particulas mineræ Veneris, quæ extrusa dant colorem viridem*: Porrò solvatur ☽a in △ forti aut spiritu nitri rectificato (solutio est clara) huic immittantur laminæ Veneris, apparebit, quod menstruum aggrediatur Venus, & dimittat ex se lunam, ☽que ita instar pulveris albi ad fundum sublimatur, & ♈ intereà solvit Venerem Venerisque se impregnat particulis: Quod si huic ▽æ forti solutionis Veneris, immittatur bacillum ferreum, Veneris solutum iterum instar pulveris ad fundum sublimatur, & ♈ intereà solvit Martem: Quod si huic Martis solutioni affundatur zincum, vel aliud corpus metallicum terrestrius calcinatum, tunc mox ♈ arripiet & hoc corpus, & ♂, ☵abitur ad fundum sub forma pulveris.

Cœterùm præter hoc, quod *acida præcipitent alcalia, & vice versâ alcalia præcipitent acida*, etiam acida quoque præcipitant acida; nempe *fortia acida præcipitant debilia*: e. g. solvantur corallia in aceto destillato, solutio sublimabitur per ♁ ♃is: *solvantur lapilli cancrorum in spiritu nitri*, hæc *solutio præcipitabitur per spiritum vitrioli. Ratio* hæc *est*, quia fortiora acida se insinuant in poros phlegmatis, & hos replent, & adoriuntur particulas terreas corrosas, sicque cùm iis conjunguntur; unde fit, ut non tantùm fiant particulæ graviores, sed & pori fiant angustiores, unde necessariò insequitur præcipitatio. Hoc succedit, ubi fortiora acida debilia sublimant acida: nam fortia acida, alia itidem forti anon solent præcipitare.

Hac ratione dictum est fieri *Magisteria* ex omnibus tribus regnis. Notandum tamen est de animalium parti-

partibus, quod ab ossibus & cornubus prius Gelatina extrahatur, tam per calcinationem actualem, quàm, quod meliùs, vaporosam seu Philosophicam dictam. Verùm talia *Magisteria* nihil aut parum valent, quia ita simplicium crases per solutionem acrioris menstrui omninò destruuntur. Nam earum virtus esse debet, ut in corpore absorbeant vitiosos humores, in primis stabulantes viis, quos per ⊡m eliminant. Quod si hæc subjecta jam sint saturata ab acidis extra corpus, nullam sanè vim obtinebunt vitiosos absorbendi humores & sapores: Hæc namque subjecta per se satis utilia, omninò transmutantur in calces insolubiles inertes, corrosæ ab acido, & concentratæ per alcali, quæ nihil faciunt, quàm ut in stomacho desides jaceant, ejus parietes saltem dealbent, & mala non levia apportent eidem. Si propinentur sæpiùs hæc Magisteria, & post triduum exhibeatur vomitorium, excernetur ♃ albus, qui est Magisterium illud anteà assumptum: Hinc meritò talia Magisteria rejicit *GLAUBERUS P. 2. Furnorum cap. 9. pag. 54.* & vocat Magisteria combusta; quia neque Gelatina ex iis elici, nec sal volatile aut ∽ ex iis destillari potest. Defendere quidem vult Magisteria *SCHROECKIUS contra Zvvelfferum*, allegando C. C. ustum & ⊖♀, omnibus particulis gelatinosis & volatilibus orbata, quæ tamen nihilominus vim medicamentosam possideant. Sed distinguendum est inter salia fixa, & C. C. ustum, tanquam terreum, nondum ab acido saturata, & inter Magisteria à menstruo solvente & præcipitante saturata: C. C. enim ustum, & salia fixa, licet particulis volatilioribus careant, tamen destruendo acidum in corpore multum valent. Ideo Præparata sanè his præferenda hoc modo præparatis Magisteriis, quia his semper particulæ acidæ menstrui corrosivi adhærent, & centies licet eadem Magisteria eluerentur, eæ tamen non separabuntur: & probatur harum acidarum partium præsentia, quia *Magisteria post edulcorationem semper ponderosiora ipso nudo simplici ante corrosionem*; unde est, quod talia Magisteria à nullo ampliùs menstruo, neque ▽ forti neque ℞, denuo solvantur, nulloque igne calcinentur.

Quæritur ergò *cui usui sint Magisteria?* Respondent: Confortant. Quæritur ulteriùs, quid? ubi? cur? quomodo? quando confortant? Respondeo uno verbo: Nullius sunt valoris ac momenti. Ex modernis *ZWELFFERUS* introduxit *Magisteria solubilia*, ita dicta, quod in quocunque liquore solvantur. *Parat eadem* sine ⊽ atione, *per solius* ∽ *viridis æris affusionem, ejusque abstractionem & edulcorationem.* Hæc Magisteria præstant vulgaribus illis, quia sunt blanda planè acida, quibus destructa sunt solvenda, quamvis & hæc non parum destructa. Nec vegetabilium Magisteria omni usu Medico carent, cùm eorum subjecta non destructa, sed tantùm ⊽ aluminis ≏antis, acidum absorbens, admixta sit unde etiam *ZWELFFERUS* feculis eadem præfert.

Hæc sunt ⊽ationes artificiales & Mechanicæ; ad quas ultimo pertinent Præcipitata impropriè dicta, quæ nullo menstruo ⊽ante fundum petunt, sed meræ calces sunt. Accedamus nunc ad Naturales.

Videmus, quod *in fermentatione feces ad fundum secedant ex liquore fermentante*: id quod fit, quando v. g. in musto, vino, cerevisia, &c. salia concurrentia intimiùs particulas terreas extrudunt, vel elabi sinunt ad fundum, qualis separatio fecum consistit in ⊽ atione beneficio fermentationis. Quod *si* fiat, *ut impediatur fermentatio*, vel *propter prædominans acidum, aut corporeis heterogenei admistionem, mox oboritur Præcipitatio*; Unde cerevisiæ acidæ factæ ⊽antur per cretam, ♃am, aliaque; sic separatur omne acidum, & simul cum creta ad fundum secedit: *cerevisia nova fermentans addito alumine cessat ab omni fermentatione*, ita, ut mox potari possit: Vinum ex tartaro superfluo interdum acescit, quod ⊽atur à putaminibus ovorum, propter acidum ponderosum: Sic *vini fermentatio lasa corrigitur per additionem fixorum alcalium*, v. g. pumicis usti, aut per lixivia aliarum calcium, quoniam hæc *alcalia recipiunt acidum in sui amplexum; & secedunt unà fundum versus.*

Præcipitationem talem si non planè eandem, attamen probabiliter *æqualem reperimus in corpore humano*: id quod *in febribus ardentibus* imprimis apparet, *ubi massa sanguinea inquinata est scoriis heterogeneis, easdem per modum præcipitationis foras eliminat.* Hoc videntes, solemus afflictæ massæ sanguineæ auxilio esse medicamentis ⊽antibus, quæ heterogenea ex massa sanguinea separata vel per ⊡m, vel per sudorem, vel per alvum excludant.

A tali *Præcipitatione dependent signa coctionis urinæ & pulsus.* Nam ⊡æ in incremento morbi claræ in statu multum habebunt sedimentum; quoniam verò *ebullitio fit in massa sanguinea ab acido volatili* seu *sale volatili oleoso* in febribus ardentibus, adhibenda sunt acida: econtrà ubi *p. n. fermentata massa sanguinea ab acido præternaturali*, uti *in febribus ardentibus contingit, usurpanda sunt alcalia*, quæ acidum ex massa sanguinea absorptum separant. Hæc sunt propriè dicta ⊽antia. *Impropriè Præcipitantia* sunt, quæ vim habent acores vitiosos invertendi; quia ab his φλόγωσις & variæ in partibus variis ebullitiones oriuntur: Unde falsò hæc dicuntur ⊽antia, potiùs *absorbentia* aut *figentia* dicenda; qualia sunt *martialia* omnia, quæ tantùm *absorbent acida in hypochondriacis & scorbuticis*, non verò propriè ⊽tant: sic *creta in soda* ≏are dicitur, cùm tamen *figat acidum vitiosè effervescens in ventriculo*: sic *dens apri in pleuritide* dicitur ⊽are, cùm tamen *corrigat massam sanguineam, absorbendo ejus præternaturale acidum.* Idem esto judicium de antidysentericis aliorumque affectuum remediis.

LECTIO XIX.

Pergo jam ad ⊕: sed cùm ⊕ calcinetur in ⊽æ visceribus, præmittenda quædam sunt

DE CALCINATIONE.

Calcinatio namq; *est corporis compacti in minutissimas sui partes corrosio & dissolutio*, qua metalla aut mineralia in calces, & vegetabilia in cineres rediguntur, aut saltem corpus friabile redditur. Differunt tamen calcinatio & incineratio, ut genus & species: ita ut omnis incineratio sit calcinatio, sed non vice versâ: ex cineribus enim mediante aqua elixiviantur salia fixa, non autem ex calcibus metallicis & animalibus. *Omnis* autem *calcinatio fit vel igne actuali, vel potentiali.* Calcinatio *igne potentiali* fit plerumque *per liquores acidos aut menstrua acida*, & succedit duplici modô: Aut enim igne potentiali tantùm suffumigantur calcinanda; aut eidem, scilicet menstruo acido, immerguntur. Exemplum calcinationis igne potentiali per suffumigationem exhibet

bet præparatio illa in vulgus nota cerussæ: sic animalium ossa & cornua vesicæ alembico suspensa per vaporem ▽æ simplicis aut appropriatæ ebullientis suffumigantur, donec mollescant, & exsiccata pulverisari possint, quod vocant calcinationem sine igne, aut Philosophicam. Pertinet hûc ea suffumigatio, quæ fit vapore sicco Mercurii & ♃is, quando scilicet Mercurius aut ♃ cucurbitæ aut crucibulo immittitur, hujus autem superiori parti ☽æ, Veneris, atque Martis lamina applicatur, ut per Mercurii aut sulphuris fumum friabile fiat; quâ ratione etiam ☉ cum Saturno calcinari solet.

Porrò *immersiva calcinatio est vel in via humida, vel in via sicca. Calcinatio immersiva in via humida* dicitur corrosio, & fit, quando calcinandæ res immittuntur *in* menstruum solvens seu calcinans: v. g. si ♀ immittitur in spiritum nitri, salis, &c. aut ♄ in ☒, usque dum corrosum fuerit; hinc vel decantatione, vel evaporatione, vel præcipitatione calx in fundo apparet, & hæc calcinatio est immersiva: sic ossa & cornua animalium Philosophicè calcinando loco vaporationis in aqua communi coqvuntur ad mollitiem, ut scindi, & exsiccata pulverisari possint. Quo etiam pertinet *calcinatio per illinitionem*, quando e. g. oleum aut ∽ vitrioli vel sulphuris, laminæ vel bacillo ferreo illinitur pro croco Martis. *In via sicca* contingit *amalgamatio*, seu corrosio Metallorum per Mercurium, quod fit; quando duplum Mercurii in crucibulo calescit, donec fumare incipiat, cui *solis, lunæ, Jovis* aut *Saturni Lamina tenuiores* intensè calefactæ immittuntur, simulque tamdiu agitantur, donec ambo in massam quasi unctuosam & manu tractabilem abeant, *amalgama* dictam, quo metallum in minima redigitur. Ut autem à Mercurio iterum separetur, *aqua frigida* injicitur, & per corium Mercurius exprimitur, in quo metallum subtilissimum remanet, quod à reliquis Mercurii particulis per evaporationem, vel per se vel cum duplo sulphuris, liberandum. Sequitur calcinatio ea, quando fit S. S. S. cum re calcinanda, & dicitur propriè *Cementatio* seu Stratificatio, locumque imprimis habet in metallis calcinandis, quæ in lamellas diducuntur, & cum salinis pulveribus, vel in forma sicca, vel cum aceto, ⊡ &c. in pultem redactis, vicissim locantur (sie werden Schicht-weise geleget:) Mistura hæc in pyxide terrea vel cementatoria, aut in crucibulo committitur igni fortissimo, ut salia resoluta emittant suos ∽ acidos, qui rodunt additum metallum. Et hæc cementatio quoque in auro per cornu cervi, ☽æ per Mercurium sublimatum, Martis per ♀ & ♃am, aliisque metallis adhibetur. Huc pertinet *Calcinatio detonatoria, Granulatoria, & Extinctio*; *Detonatio* est, quando Mineralia, e. g. ♂, vel pro præparatione croci metallorum, reguli antimonii, & antimonii diaphoretici, cum nitro, tartaro &c. crubiculo per vices committitur, ut sulphur superfluum partim avolet, partim mineralia ab additis figantur: *Granulatoria* calcinatio in quibusdam metallis locum habet, quando e. g. pro croco Martis parando laminis Martis probè ignitis magdaleones sulphuris admoventur, donec Mars à flamma instar ceræ liquescat, & in aquam frigidam suppositam sub granulorum friabilium forma decidat, quæ lævigando in crocum Martis extingvuntur: *Extinctoria* est, quando e. g. corallia, crystallus, silices, aliique lapides calcinandi aliquoties igniuntur, & in liquore quodam extingvuntur, donec friabilia fiant.

Fuit hactenus facta calcinatio igne potentiali in via sicca per salinos res: sequitur *calcinatio igne actuali*, quæ dicitur calcinatio κατ' ἐξοχὴν vel *ignitio*, quâ flammâ carbonum vel liquorum res comburitur: in qua notandum, quod △ in primo principio non sit nimius, sed successivè augeatur, ne particulæ volatiliores nimis avolent, sed cum aliis colliquescant & figantur, ut in alcalibus fixis patet; nec materia calcinanda colliquescat, & calcinatio impediatur, quod v. g. in vitro antimonii, & vitrioli calcinatione contingit. Pertinet huc *calcinatio Reverberii*, qua corallia, aliaque similia ita calcinantur, ut flamma illa undique ambiat vel lambat. Huc quoque spectat *calcinatio per radios solares*, mediante speculo ustorio concentratos, qualis calcinatio à *BARTHOLETO de Respirat.* Cœlica & Physica, à quibusdam Magica, dicitur, & quibusdam pro calcinatione antimonii in usu est, ut in *POPPII, Basil. Antimon.* & *FEBURE Chymia* patet. Item huc spectat *decrepitatio* salis communis, de qua suo loco dixi.

LECTIO XX.

Pergo ad

VITRIOLUM,

quod *per calcinationem quandam* in ▽æ visceribus sequenti modo *generatur*: Minera Veneris vel Martis corroditur à spiritu acido ♀is, qui cum eadem coagulatur, & ita concrescit in corpus unum, quod dicitur vitriolum. Propriè vox vitrioli spectat vel ad Martem, vel ad Venerem: nihilominus tamen alia metalla ab acido diverso soluta impropriè & abusivè dicuntur vitriolum: e. g. saccharum saturni dicitur quibusdam ⊕ *saturni*: *sic crystalli* ☽æ *optimè purgantes dicuntur nonnullis* ⊕ ☽æ, & similes aliæ coagulationes; sed abusivè.

Generationem vitrioli fieri dictum est per corrosionem mineræ Martis vel Veneris à liquore sulphuris acido; unde, prout varia minera corrosa, variat quoque ipsum ⊕. Si minera Veneris corrosa sit, oritur ⊕ colore cœruleo; si Martis elegans viridescens acquiritur ⊕; si utraque de minera constet ⊕, participat quoque de duobus coloribus.

Aliàs *Cyprinum* maximè est cœruleum; *Ungaricum* itidem, quia de Venere participat; Romanum viride apparet, quia de Marte participat: sic quoque viride est *Goslariense*, quod *ex Marte potissimùm constat.* Generationem vitrioli nativi egregiè illustrat *artificialis productio vitrioli*, nativo per omnia similis, v. g. Recipiatur spiritus sulphuris (*sulphur* enim communiter *habet duplicem substantiam*, primò *bituminosam*, secundò *salinam*: in igne bituminosa deflagrat, & salina dispergitur & coit in spiritum acidum) vel vitrioli, miscetur & diluitur cum aqua, additurque Mars vel Venus, unde ∽ acidus ♀is corrodit adjectum Martem vel Venerem: factâ hâc calcinatione corrosiva, materia hæc calcinata evaporet post filtrationem, & in loco frigido concrescunt crystalli vitrioli Martis vel Veneris. Hoc vitriolum artificiale adeò est simile naturali in omnibus ferè, ut ovum ovo non sit similius, præferendum est illi, quod cum spiritu vitrioli conficitur.

Alio modo, & quidem elegantiori, & magis utili, componitur *Vitriolum artificiale*, si recipiantur laminæ

minæ Martis vel Veneris, & fiat S.S.S. cum pulvere ♃is; quæ permista in crucibulo committantur igni, ut cementando fiat Calcinatio; Nam in igne, dum inflammatur ♃ stratificatum, prodit ∼ acidus, qui corrodit substantiam vel Martis vel Veneris: Facta hâc calcinatione Mistura hæc committitur ▽æ simplici, quæ tunc viridescit, si ♂ corrosus; si ♀, cærulescit: Hâc post filtrationem evaporatâ ad justam quantitatem in fundo concrescunt crystalli egregiæ. Hoc Vitriolum artificiale idem est cum nativo, eundem habet usum, eosdemque dat effectus seu producta, quæ dat ⊕ nativum. Nam si recipiatur vel artificiale vel naturale, præmissis præmittendis destilletur, acquiritur primò Phlegma insipidum, secundò acidus ∼ simillimus spiritui ♃is communi: Remanens caput mortuum cum borrace calcinatum, verum dat ⊖ Martis aut Veneris; unde rectè dicunt Chymici quidam: quod Vitriolum constet ex minera metallica, in specie Martis vel Veneris corrosâ à spiritu ♀is acido: Vid. *ANGELUS SALA in Anatom. Vitrioli* ex quo *KIRCHERUS* fidelissimè omnia ferè exscripsit, quæ *de Vitriolo* habet, suppresso veri Autoris nomine.

Vitriolum nativum repetitur in ▽, vel sub forma Vitrioli, vel sub forma lapidis ♃ei, pyritis dicti. Lapis hic pyrites participat de Marte vel Venere, & simul de ♃e, ex quo Goslariensis suum conficiunt ⊕ hoc modô: Contunditur hic lapis, calcinatur, & calcinatus ita ♃i exponitur: hoc dum fit, vel sponte efflorescit ⊕, vel cum ▽elixiviatur. *Fundamentum* hujus *præparationis* hoc est: dum lapides hi de Marte vel Venere participantes calcinantur cum ♀e, sub △ vehementia ♀ inflammatum prodit suum spiritum acidum, qui aggreditur sibi adjunctum metallum, idque corrodit; unde, dum postmodum ♃i exponuntur, ♃is humiditates sensim sensimque insinuant se, cumque acido ♀is se conjungunt, hoc resolvunt, & ita sensim in ⊕ abit. Pyrites hic, si per descensum destilletur, magnam ♀is qualitatem fundit; ex remanentia verò demum ⊕ elicitur, ob rationem jam dictam.

Vitriolum aliàs *rarò reperitur purum seu simplex*, subinde tamen Cyprinum & Ungaricum sua gaudent simplicitate: Romanum verò & Salzburgicum utplurimum mixtæ sunt naturæ. Jam ut pro usu Medico habeamus purum *Vitriolum*, interdum *cum Venere vel Marte conjunctum ita solent separare.* Solvitur nempe hoc diversæ naturæ ⊕ in ▽ simplici, & dum super ignem ebullit hæc solutionis ▽, eidem intruduntur bacilli ferrei; sic enim Venus ⊽atur ad fundum, quoniam acidum in Vitriolo aggreditur Martem, & relinquit Venerem, & sic oritur purum ⊕ Martis.

LECTIO XXI.

Hæc manu nos quasi ducunt ad cognitionem acidularum naturalium. Hæ autem

ACIDULÆ NATURALES

nihil aliud sunt, quàm minera Martis à spiritu acido ♃is embryonati resoluta: Fiunt enim hæ, uti quibusdam accuratioribus naturæ scrutatoribus observare licuit, *quando aqua, quæ cryptas & meatus terræ transit, impregnatur à spiritu quodam salino, seu* uti loqui amat *PARACELSUS*, & cum eo *HELMONTIUS*, quando modò dicta ▽ impregnatur *à spiritu acido esurino sulphuris embryonati. Hæc aqua* ita prægnans, *quando fluit per venas metallicas*, imprimis *ferreas, redditur acida seu parum amaricans; si* verò *à minera Veneris impregnata saporem* communicat nauseosum. Confirmat hæc omnia propriâ experientiâ *ROCHAS*, scriptor Gallicus, *Tr. Chymico*, qui sanè curiosus fuit in indagandis aquis mineralibus. Hic, ut perveniret in perfectionem ▽ earum sub ▽earum seu acidularum cognitionem, videns aliquam ▽m acidam, sodit ▽m, donec ad ejus originem perveniret, reperiitque, quod ▽ ⊖ina subacida, quæ in transitu suo permeat per venam Martis aut Veneris, lambat illam, corrodat & absorbeat, & sic sub exortu ▽m medicatam præstet. Ex quibus virtutes acidularum patent: nam *ratione sp. acidi sulphuris embryonati* (quale acidum non datur in toto universo, utut varia diversa multaque dentur acida) hæ sub varia præparatione variè in suas vertuntur texturas atque naturas, *sunt saporis penetrantis, incisivi, resolutivi, egregiéque diuretica; ratione venæ Martis corrosæ vim habent salia sylvestria in corpore aberrantia, acida, austera, aut alio modo corpori nociva corrigendi, inque viis primis stabulantia absorbendi, imprimis in hypochondriacis & scorbuticis*; & similibus *affectibus*: Nam simul atque potantur acidulæ, accurrunt ad terrestrem venam Martialem in acidulis existentem ⊖ia vitiosa corporis, cum ea se uniunt, absorbentur, perque alvum reddunturur. Excrementa autem nigra rejiciuntur propter ▽atam venam Martialem cum ⊖ibus sylvestribus.

Porrò acidularum aciditates penetrant venas mesenterii, omnesque meatus reserant. abstergunt corpusque universum purificant: hinc in morbis Chronicis conducunt, in scorbuto, malo hypochondriaco, ictero nigro, in quibus deficiunt vires, & ubi ad acidulas, tanquam ad sacram anchoram, confugimus.

Potandi ratio requirit, ut gradatim adscendamus, & fiat progressus à parva dosi ad mediam, tandem ad maximam. Saltem *observandum*:

1. Quod acidulæ stomachum validum requirant; aliàs destruendo stomachi tonum, nocent magis.
2. Ratione ⊕ laceæ naturæ *nocent iis, qui metuunt phthisin*: unde tales continuato usu acidularum hydropici moriuntur.

Dixi, quod *sp. acidus acidularum rodat Mineram Martis*, quam absorbet, *& præcipitantur ambo ad fundũ in pulverem seu terram nigram*, & hoc contingit semper, *ubi acidulæ in vase diu in loco continentur.* Hæc materia subsidens nihil est aliud, quàm minera Martis, quæ absorpsit acidum, & ⊽atur ad fundum, ac superstes insipida existit. Hoc quoque *notandum, ne acidulæ ex loco naturali transmittantur in alienum*: ratio ex superioribus patet.

Et hæc de acidulis nativis. Ubi deficiunt hæ; artificiales substitui possunt. Harum variæ præparationes sunt, *omnium* tamen *fundamentum est* ♂. Quidam extinguunt Martem ignitum in vino Rhenano, & propinant in *cachexia virginum*: Alii recipiunt limaturam Martis, eamque miscent cum aceto destillato hydromelitis, cui admiscent parum vitrioli, & diluunt cum sufficienti quantitate aquæ, adhibentque *in morbis Chronicis. Elegantiores* longè sunt, quæ fiunt *ex phlegmate Vitrioli acidulo*, seu ex destillato Vitriolo tamdiu, donec acescere incipiunt guttæ: hoc phlegma *affunditur limaturæ martis*, & propinatur

cum successu. Optimus modus est, quo crystallos Vitrioli Martis in proprio phlegmate diluunt cum vino, & fiunt acidulæ egregiæ. Usus obtinuit, ut *Clyssus*, ex *antimonii & nitri* anatica proportione cum dimidia parte ♃is destillatus, *nomine acidularum veniat*: sed nihil est, cum minera Martis deficiat. In febribus autem morbisque acutis, refrigerii est instar, & ☵ans medicamentum; pro quo scopo etiam cum clysso conficiuntur ☿æ *vegetabilium*, coloris sanè perelegantis. *Tinctura Nephritica Ammelungii* nihil est aliud quàm clyssus quidam secundùm se, cujus hic est modus:

℞. ♂ij,
♃i
Silic. ☉*ar.* à qu. v.

Pulverisentur omnia debito modo: Postmodum recipiatur *nitrum*, solvatur in ▽æ *tepidæ calidæ* q. s. solutum addatur prioribus speciebus, ut fiat mistura in forma crassa, reponatur in cella per aliquot septimanas, post destilletur per retortam tubulatam; unde acquiritur ∽ urinoso-♐inus, qui sane *egregium præstat commodum in calculo.*

LECTIO XXII.

Sed ut ad

VITRIOLI PRÆPARATA

redeam, *Vitriolum* destillando *suggerit*

1. ex MB *Phlegma tenue* insipidum, aliàs Ros Vitrioli dictum, mediante quo materialiter concurrente crystallisatio Vitrioli fit.
2. Cucurbita hæc igni ∴æ vel aperto commissa dat Phlegma acidulum copiosius, quod tamdiu colligendum, donec nullæ guttæ amplius stillent.
3. Dum vitriolum cinerei & *flavi coloris* in cucurbita relictum pulverisatur; & destillata immittitur, aucto igne erumpunt nebulæ, quæ in phlegmate proprio coagulatæ constituunt spiritum.
4. Post oritur oleum Vitrioli nigricans, & sic finitur destillatio.

Necessaria est vitrioli Calcinatio ante destillationem: Vitriolum enim colliquescens sub phlegmatis destillatione spiritum nullum fundit, & retortam rumpere facit, quod notandum contra *BRENDELIUM in Chymia p.* 27. Non opus est, ut Vitriolo pro fluore coercendo, uti in destillatione ∽ ⊖is, nitri, &c. requiritur, corpus aliquod terreum addatur, cùm ☵æ metallicæ tantum contineat, quantum scopo huic sufficit, & semel calcinatum & pulverisatum colliquescere nequit.

Oleum & spiritus Vitrioli non differunt, nisi ratione majoris & minoris aciditatis. Nam *oleum Vitrioli*, ultimâ vi ignis destillatum, rapit particulas metallicas secum, unde crassities ejus & coloris obscuritas. *Spiritus* enim *Vitrioli* mistus est copiosiori phlegmati seu ▽æ, unde aciditas ejus imbecillior est præ aciditate olei Vitrioli, quia magis concentratum habet acidum; unde etiam rigorosiori △ examine opus habet. *Hoc probatur exinde*, si rectificatur fortiter & accuratè ∽ Vitrioli, ita ut lenissimo igne phlegma evocetur omne, tunc remanet ∽ ejusdem acrimoniæ ac consistentiæ, ac est ♁ Vitrioli, si verò oleo Vitrioli corrosivo infundantur partes ▽æ simplicis, & destilletur rectificando, sicut ∽ Vitrioli, tunc ♁ Vitrioli sub forma ∽ prodibit. Optimè rectificantur in capella vacua; non quidem ut separetur phlegma, sed partes metallicæ, quas sub △ tortura secum vehit. Quo minus ⊕ de substantia metallica, quale est Anglicum & Hungaricum, eò major copia ∽ acquiritur; unde si ⊕ depuretur, & ∽ copiosior desideretur, à ☵ ochrea priùs liberetur.

Caput mortuum vitrioli est nigrum subinde, interdum fuscum; quandoque apparet nigrum, & tunc omni privatum est spiritu: ubi verò est fusci coloris, non omnis ex eo destillatus est ∽. Ex lapide mortuo calcinato, soluto in aqua communi, elicitur ⊖, quod est acidum, cum aliqua mineræ parte conjunctum. Istud caput mortuum vitrioli, ex quo elixiviatum est ⊖ fixum, dicitur ☵ *vitrioli dulcis*, estque nihil aliud, quàm *Crocus Martis obstructivus*, seu est pars residua mineræ metallicæ post separationem ∽ ♃is, à cujus corrosione, transmutatum fuit metallum in ⊕, separatò verò hoc spiritu, remanet minera à spiritu corrosa.

Caput mortuum Vitrioli prunei coloris, ut & nitri, spiritibus suis per destillationem orbatum, si exponatur ♎i libero, ita tamen, ut neque à pluvia, neque à radiis ☉aribus alteretur, post aliquot tempus novo; eodemque penetrantiore, imprægnatur spiritu; Hoc tamen fit certo tempore mensibus scilicet vernalibus & autumnalibus; in æstate & hyeme nil attrahit.

Jam *quæritur*: an ∽ ille in capite mortuo Vitrioli denuò ex ♎e attractus, sit unus idemque cum spiritu Vitrioli? An verò materialiter alius & novus ex ♎e regeneratus? *Resp.* Utraque sententia habet suos Patronos. Certum est, quod ∽ Vitrioli regeneratus quodammodo ad naturam nitrosam inclinet: nam si perfectè extrahatur omnis ∽ ex capite mortuo nihil ex ♎e attrahet ∽, quamvis per plures annos ipsi expositum esset: Conf. *VVILLISIUS de Affect. Hypochondr. contra Highmohrum pag.* 67. *Mediâ nos incedimus viâ, dicentes, quod spiritus Vitrioli regeneratus* sit omninò acidum quoddam, quod latuit in capite mortuo, & hoc ♈ simul ex ♎e attrahit acidum nitrosum, unde ∽ regeneratus evadit ex his duobus tertius quasi, qui est quasi naturæ intermediæ inter spiritum vitrioli & spiritum nitri. Nam metallica quoque, eaq; valdè multiplicativa, effluvia per atmosphæram fluctuare, & ab iisdem certa corpora imprægnari, diversis observationibus comprobari posset. Sic *PETRUS ALCINUS in Chronico Misnensi Miner. Tit.* 16. item *MATTHESIUS Sarept. Conc.* 3. referunt, Bismuthi venam effossam, quæ ne granulum argenti continebat, ♎i per aliquot annos relicta sæpiùs nobilioris hujus Metalli notabilem quantitatem coctoribus exhibuisse: In Anglia quodam jugo Mentictheo observatur antiqua quædam Molybdæna, in qua ante seculum omne ♄ excoctum atque extractum, quæque scoriarum nomine rejecta fuit, hæc temporis tractu novo ab incursu ♎is plumbo imprægnata conspicitur, hocque in igne copiosiùs dimittit: Huc quoque facit experimentum *DYGBÆI*, quod *BORRICHIO* retulit de ☵ Arcevilensi, quæ ♎i liberiori saltem commissa; & ▽ pluviali per aliquot ☒es irrorata, diversa mineralia & metalla producit; sicut idem ab aliis tentatum & deprehensum fuisse idem *BORRICHIUS de ortu & progressu Chymiæ pag.* 149. & 150. testatur. Illustrat regenerationes hujus ∽ vitrioli ♎ei minera martis ☉aris, sive Hassiaca sive Thuringica, quæ ♎i per aliquod tempus exposita ♋e quodam vitriolico circum circa non saltem obducitur, sed post longiorem temporis tractum tota ferè in ⊕ resolvitur; quod ⊕, postquam cum aqua fuerit

fuerit ſolutum & inſpiſſatum, & deſtillationi commiſſum, ☿ relinquit, quod nihil aliud eſt, quàm crocus Martis, & in verum Martem liquari poteſt. Sicut igitur omne illud ⊕, quod ex minera Martis ☉ari per ▽ame licitur, ab △e ſubſtantialiter & corporaliter non attrahitur, ſed maximam potiùs illius partem in minera hac jam dum materialiter, licet nondum ſub forma vitrioli, latuit, quæ per △is nitroſi acceſſum in ⊕ reſolvitur, quatenus ♃is latentis acidum ab △e extraverſum & commotum in martialem hujus mineræ ſubſtantiam agit, & eam pari modo, ac aliàs in vitrioli, tàm naturalis quàm artificialis, præparatione fieri ſolet, in ⊕ rodit; ita & ∽ vitrioli regeneratus à capite mortuo materialiter ex △e non attrahitur, ſed acidum vitrioli in capite mortuo adhuc latens à nitro △eo reſolvitur, quod ☉ metallicum in novum ⊕ quaſi rodit, aut novo ſpiritu impræg̃nat. Ex minera enim Martis ☉aris aeri nondum expoſita, ſub △ tortura ♀ copioſiſſimum ♎atur, quæ ♀e ſuo hoc modo privata in nullum amplius ⊕ reſolvitur, licet per multos annos aer exponatur. Aërem autem acidum ſuum nitroſum ad ∽ hujus regenerationem ſimul contribuere, regeneratio nitri illuſtrat, quod in alcali nitri fixo, omni ſpiritu acido per deſtillationem exhauſto, aeri per proportionatum tempus expoſito, regeneratur: imò ⊖is aut nitri aerei acceſſum concurrere, comprobare videtur Tritura illa ☉is *LANGELOTTI* per molam Philoſophicam, ſub qua per hoc ſimili modo, ac per ♈, ☉ aliàs ſplendidiſſimum in pulverem fuſco-ſubnigrum corroditur: Vid. *LANGELOTTI Epiſt. ad Naturæ Curioſos, in M. A. N. C. Ann. 3. Obſervat. 59.*

Sed jam reliqua Vitrioli præparata conſiderationi quoque noſtræ ſubjiciemus, cùm & *PARACELSUS* ex Vitriolo *quartam partem Pharmacevtices* conſtituerit, utut eorum non imitemur phantaſiam, qui ipſum lapidem Philoſophorum ex Vitriolo eruere laborant, decepto verſiculo illo vulgari: *Viſitabis interiora terræ, rectificando invenies optatum lapidem veram Medicinam*: Horum literæ initiales exhibent vocabulum *VITRIOLI*, qui tamen verſus longè alio ſenſu interpretandus eſt.

Vitriolum autem, dum igne examinamus, afferre primo *phlegma*, hinc *ſpiritum cum oleo*, ſupra dictum. Quod attinet *phlegma Vitrioli*, hoc, utut vulgò rejiciatur, elegans tamen & *perutilis in eo latitat Medicina*; *turget enim ſulphure Vitrioli Martis* non ineleganti: unde etiam ſaporem acidulum poſſidet, & *interno uſu adhibitum, gratum eſt refrigerium in æſtu viſcerum*, maſſamque ſanguineam torulentâ ſuâ ♃eitate egregiè refocillat, unde *externè* in doloribus & ardoribus capitis inſtar epithematis fronti admotum, valdè confert, cùm omnes dolores mitiget. *Phlegma* hoc *cohobatum aliquoties à Vitriolo, & per digeſtionem exaltatum, optimum prædicatur remedium in phthiſi & tabe*, è corruptione viſcerum enata, in ſpecie *in vomica pulmonum*, quo in affectu cum ſucceſſu uſurpat *HELMONTIUS JUNIOR*; quin & omnes inflammationes viſcerum, & inde ortos abſceſſus, potenter tollit.

Pertinet hûc *Aqua cœleſtis Baſilii Valentini*, quam in Teſtamento nobis reliquit, quæ *nihil eſt aliud: quàm phlegma Vitrioli* ♃eum, ſeparatum à ſpiritu Vitrioli *cum ſale tartari*, quod utut tanquam inutile ſubinde rejiciatur, in modò enarratis affectibus tamen laudata eſt Medicina.

Quod ſpectat *ſpiritum & oleum Vitrioli, ſunt hæc unius ejusdemque naturæ, & non niſi ratione majoris & minoris aciditatis & conſiſtentiæ differunt, cùm oleum Vitrioli ſit ſpiritus concentratus, & ſpiritus ſit oleum reſolutum.* Præter varios uſus in Chymia in ∽ atione ♀ij maximi uſus eſt. In Medicina optatum edit effectum *in affectibus ſtomachicis*, ſi in vehiculo appropriato ad aliquot guttulas exhibeatur, imprimis *ſi immiſceatur tribus vel quatuor partibus Elixyris proprietatis vel menthæ, in* ὀφθαλμία, ἀνορεξία, aliisque affectibus, *optimum eſt remedium. PARACELSUS* dicit, quod ∽ Vitrioli Veneris adeò roboret ſtomachum, ut ♂ ſtruthiocameli inſtar concoquere poſſit. Hoc, utut ſapiat hyperbolem, verum tamen eſt, quod non ſit contemnendum remedium *in febribus ardentibus, quod Julapia, potusque ordinarii, acidulentur.* Præprimis vi ſuâ adſtrictoriâ *viſcera corroborat & firmat*, renum ſordes abſtergit, & ſabulum nephriticum eliminat, teſte *PANAROLLO*, aliisque Practicis. Præſtat tamen pro uſu hoc ſi coaguletur, ſitque, ſi à quodam alcali abſorptis in formam craſſiorem coagulatur; omne enim alcali abſorbet acidum, & abeunt ſimul ambo in ⊖ſum tertium diureticum; unde propter hanc vim diureticam magis convenit ∽ vitrioli coagulatus. Intereà tamen, ut ſuprà quoque dixi de *acidulis*, *pulmonibus nocet*, propter aciditatem & liquamen metallicum Veneris vel Martis, pulmonibus inimiciſſimum. *Dentibus* porrò nocet; hoc enim habet vitii, ut affrictus cum unguentis dentibus, emittat ex ſe mineras corroſas, quæ ♨atæ dentes nigredine afficiunt, unde loco ∽ Vitrioli hoc in caſu eligatur ∽ ⊖is. Teſtibus inimicus quoque obſervatus eſt; *Virilitatem enim extinguit*: unde crebrò ejus uſu maſculi emaſculantur, inſigniterque debilitantur teſtes.

Dixi, quod ∽ Vitrioli ſecum gerat particulas metallicas, quas ſecum abripuit per retortam. *Hoc exinde patet*, quod niſi exactè rectificetur, utut primitus ſit egregiè clarus, ſi ad tempus ſteterit, flaveſcat, & terræ ochræ inſtar ad fundum dimittat materiam, quæ nihil aliud eſt, quam pars Vitrioli metallica deſtillata. Hæc tamen arctè infixa cohærent ſpiritui atque oleo Vitrioli, ut vix ac ne vix quidem eadem ſeparetur, & tamen ſi huic ſpiritui inſtilletur ∽ ☉æ vel ſanguinis humani; protinus in colore viridi apparet, propter ♨tatas particulas metallicas ♀eas.

Spiritus è Vitriolo eliciti differunt, prout vel ex Vitriolo Martis vel Veneris ortum trahunt. Sic quidam, ut acquirant ſpiritum Vitrioli hermaphroditicum: recipiunt ⊕ Martis & Veneris artificiale, deſtillant, & acquirunt ſpiritum duplicis naturæ, qui vulgò commendatur in affectibus mulierum: unde ab *HARTMANNO* ad præparationem Elixyris Uterini Crollii adhibetur. Hic tamen ∽ hermaphroditicus non multum differt à ſpiritu Vitrioli vulgari, uti credo, cùm ⊕ vulgarè rarò ſit ſimplex, ſed utplurimum participet de Marte & Venere.

Spiritus, ☌, & phlegma ſimul concurrunt in unum recipiens tempore deſtillationis, quæ ſolent vulgò à ſe invicem ſeparari & rectificari. Hanc autem ſeparationem & rectificationem ſpiritus ab oleo & phlegmate non vult approbare *ZWELFFERUS*,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0465-6 DFG

FERUS, quia cum phlegmate Vitrioli dum separatur, simul adscendit ∽ Vitrioli volatilis ♁eus; quô ablatô, relictus ∽ Vitrioli nobiliori parte defraudatus est.

Spiritus Vitrioli vulgaris propter corrosivam suam vim quibusdam suspectus est, unde allaborant, ut eum *dulcificent*, id quod volunt *quidam præstare per se*; sed res est difficilis. Quod verò sit prorsus impossibile, vix credendum: nam digestiones & cohobationes, mutando corporum texturas multum valent in alterandis corporum qualitatibus; unde digerendo & cohobando in tantum ∽ Vitrioli immutatio fit, sed res est multi laboris. Vulgò palliativè dulcificant spiritum Vitrioli cum ☿ digerendo & cohobando: Alii hoc præstant imbuendo caput mortuum proprio spiritu, & iterum destillando, quod caput mortuum absorbet exactissimè spiritum affusum, & postmodum phlegma saltem, non verò spiritum recipiunt, cùm hic, ceu dixi, fortiter in capite mortuo concentretur: Alii recipiunt martem & ⊡m humanam, & super hæc destillant spiritum Vitrioli; sed hæc operatio est deceptoria; nam Mars in destillatione absorbet spiritum acidum erumpentem, ⊡ verò mutat eum in ⊖sedinem; unde phlegma ⊖sum acidum acquirunt. Aliàs *certum est, quod, quando spiritus Vitrioli ex vitriolo Martis artificiali paratur, habeat* aliquam *dulcedinem*; *sapor* enim *adstrictorius* est à *Marte nativo*, *nauseosus* verò à *Venere in spiritu Vitrioli dependens* ut plurimum observatur.

Pertinet huc *spiritus aperitivus Penotti*, de quo *vid. SCHROEDERUS in Pharmacop. pag.* 489. Paratur ex Vitriolo calcinato cum silicibus calcinatis, & quarta parte ♃i ad albedinem calcinati; mista, in cellam reponuntur fermentationis causa, postmodum rigoroso igne urgentur, destillanturque, quæ dant paucum spiritum acidulum, rectificando acuendum. Hic *spiritus PENOTTI mitior est spiritu Vitrioli, quia propter admistionem tartari & silicum, acor Vitrioli destruitur nimius*, & est nihil aliud, quàm ∽ vitrioli, sed qui propter additum tartarum fit ex se debilis, nisi abstractione phlegmatis roboretur.

Spiritus Vitrioli vulgaris minus arridet sublimioribus Chymicis, qui conantur eundem volatilisare. Hic *spiritus Vitrioli volatilis* vulgò *commendatur à PARACELSO ad curam epilepsiæ*, multisque laudum encomiis ab eo, suppresso licèt laborandi modo, extollitur, diciturque, der 9. mahl von seinem capite mortuo übergetrieben ist. Hic ∽ *non est non-ens*, cujus notæ sunt; ut

1. Facili igni elevetur in altum & striatim, ut ☿ per alembicum adscendat.
2. Cùm ∽ Vitrioli vulgaris non sit admodum ♁eus, naresque non adeò feriat, hic ∽ vitrioli volatilis adeo penetrantissimus est, naresque non sine gravi molestia afficit, quare propter suam volatilitatem à multis anxiè desideratur, ejusque tamen præparationes tot sunt, quot capita.

Attamen, *qui cupit eum præparare, has sequentes observet encheirises:*

1. *Paretur è Vitriolo non calcinato*: nam in calcinatione nobilior ejus pars cum phlegmate avolat.
2. *Ignis non nimis sit vehemens*, ne ∽ vulgaris fixus prodeat, qui spiritum volatilem figit.
3. *In præparatione dum calent vasa, removendum est receptaculum*, aliàs ∽ volatilis reintrat in ⊙, figitur ibidem, & nihil postmodum acquiritur.
4. *Non omittenda est digestio*, cum semel expulsus cum phlegmate proprio aliquandiu sit digerendus, & à capite mortuo cohobandus, quia volatilisatur magis, idque tamdiu, donec tandem per vasa altissima destilletur.

Parum quidem *dat, & aliquot libræ sp. Vitrioli vulgaris vix drachmas duas exhibent spiritus volatilis*: ast est nobilissimi usus.

Porrò aliàs *volatilisare conantur* quidam *spiritum Vitrioli vulgarem cum spiritu vini* hunc in modum, & *fit spiritus Vitrioli epilepticus*: scilicet recipiatur *caput mortuum*, quod ab incubatu in ♁e aliquandiu denuò fuit *impregnatum*: hoc destillant, & acquirunt spiritum Vitrioli volatilem, regeneratum dictum; Huic spiritui admiscent p. ii ☿, *digesti cum speciebus epilepticis*, digerunt per aliquot ☌☽, postmodum misturam hanc destillant per retortam, & prodit ∽ antiepilepticus, qui in affectibus capitis per consensum est nobilissimus. Sic quoque eodem planè modo præparavit *Dn.* D. *MICHAELIS spiritum* suum *Vitrioli Cephalicum: Recepit spiritum vini cum herbis cephalicis digestum* & ab iis *abstractum*: Hunc affudit *Vitriolo Martis ad albedinem calcinato*, seu *capiti mortuo Vitrioli in* ♁e denuò *impregnato*, destillavit blando igne per retortam; sic enim prodit ∽ Vitrioli cephalicus, qui *optimus est in morbis malignis cum convulsionibus*, & *omnibus capitis affectibus*.

Alius modus *volatilisandi* est *cum urina humana*, Autore *QUERCETANO*, qui commendatur ab *HARTMANNO*: *Caput mortuum Vitrioli* digeritur cum octuplo ⊡æ, & destillatur per retortam: prodit primò *phlegma*, quod *est anodynum in podagricis doloribus*; nam acuatum est ⊖e ⊡æ & ♁e vitrioli, unde mirè prodest hoc phlegma primo prodiens: *succedit phlegma subtilius*, quod dicitur *optimum Ophthalmicum*, teste *MINDERERO*, constans ex phlegmate, acuato cum ⊖e volatili urinoso pauco, quod abiit in ⊖ penetrans tertium: hic liquor *ad omnes ferè oculorum affectus*, in specie ad cataractas, suffusiones, ungues oculorum, &c. mirè deprædicatur: Succedit tandem *Vitrioli spiritus, ab urina mutatus in sal tertium volatile, qui in epilepsia infantum egregium præstat usum*. Hæc de spiritu Vitrioli.

Post ∽ & olei destillationem remanet *caput mortuum Vitrioli*, quod *vocant Colcothar*, ficto vocabulo, *à PARACELSO* ita indigatum. Utut autem *caput mortuum* omnem remanentiam post destillationem significet, *proprie* tamen *id denotat quod post sp. & olei vitrioli destillationem remanet*. Hoc *caput mortuum, si rigorosè destillatum sit*, ut appareat nigrum & planè insipidum tum *nullum amplius spiritum continet*, nec ♁i expositum in ⊕ regeneratur: sin verò prunei aut atro-purpurei sit coloris tunc *affusâ aquâ communi calidâ elixiviatur sal Vitrioli*, quod crystallisandum est. Hoc *sal Vitrioli* nihil aliud est, quàm perfectum & purum ⊕, quod nondum fuit destillatum ab igne: nam si fiat lixivium cum hoc ⊖e, & igni exponatur, fit verum ⊕; si enim spiritus Vitrioli à capite mortuo suo aliquoties cohobatur, ⊖ hoc totum in spiritum Vitrioli abit, ita ut nihil, præter ☿m insipidam metallicam remaneat. Sal hoc ab ♁e solutum in capite mortuo prodit ☿m metallicam, & ⊕ regeneratum constituit.

Hoc ⊖ *Vitrioli habet vim inducendi nauseam & vomitum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0466-2 DFG

vomitum, unde tanquam optimum vomitorum commendatur *ab ANGELO SALA*, adeo, ut vocitet id *mannam vitrioli vomitoriam.* Dosis est à ℈j ad ʒß. Verum cautissimus sit hujus usus: Ego enim religioni mihi duco exhibere ⊖ vitrioli vomendi causa, quia hujus ⊖is vitrioli natura dependet à Venere, quæ ventriculum debilitat, ejusque tonum destruit; imò, si plicis ejus se insinuet, nauseam pertinacissimam, & inanes vomend conatus per aliquot septimanas infert, sicque totalem stomacho causatur ruinam. Præterea *nocet* quoque ipsis *pulmonibus, teste MINDERERO*, qui ejus usum omnibus dissvadet. *Notandum* autem, *quod solum sal vitrioli Veneris vomitus cieat; sal vitrioli Martis* hoc *nunquam* præstabit, & sine tali metu propinari potest. *Ubi* & hoc *sal ex capite mortuo sublatum est, remanet terra* inanis, *quæ dicitur terra vitrioli dulcis balsamica*, qualis etiam ex vitriolo ▽ari potest cum immaturo quodam metallo, v. g. quando per se digeritur in MB.

Terra vitrioli hæc dulcis balsamica nihil est aliud, quàm crocus Martis (uti jam sæpiùs innui) vel est Mars, vel Venus seu cuprum ad summum calcinatum. Hæc ▽ ritè edulcorata, & subtilissimè pulverisata, *internè & externè adhiberi potest in affectibus omnibus, quæ adstrictione opus habent.* Dicitur *terra Balsamica*, quod quasi *balsamicam in se reconditam habeat virtutem ad curanda vulnera & ulcera*; unde quoque cum balsamicis vulnerariis misceri solet utiliter, unde *unguentum fuscum Felicis VVürzii* ratione hujus ▽æ egregium est in vulneribus curandis Fundamentum hujus præparationis est, quod exhausta hac *terra vitrioli* (quæ ingreditur unguentum hoc *FELICIS VVURZII*) omni acido evacuata sitiat, unde egregiè absorbet omnes acidas acores ac sapores vulnerum, eos edulcorat, simulque adstringit, & labia vulnerum coarctat, ut promptius à balsamo naturali sanentur. *Externè* adhibetur *ad quascunque hæmorrhagias* quarumcunque partium. Aliàs similis quoque ▽ sub præparatione ♀i ⊕lati *TACCHENII* quem in *clave Hippocrat. Chymici cap. 6. pag.* 101. describit, ad fundum cadit, quæ internis usibus æque ac ▽ vitrioli ex capite mortuo vitrioli, aut crocus Martis quilibet adstringens, inservit.

Ex hac vel illa *terra vitrioli balsamica paratur* communiter ℞ ista Martis *adstrictoria*, quæ aliàs fallò dicitur ℞ *sulphuris vitrioli, quæ nihil est aliud, quàm tinctura Martis, quæ* itidem *in omnibus partium hæmorrhagiis certissimum est remedium.* Paratur ex capite mortuo vitrioli Martis, aliàs vomitus facit:

℞. ⊙ ⊕li ♂is, ſ: ▽ *dulcis balsamica*:

Affunditur eidem ∼ ⊖*is communis*, seu ∼ ⊖*is* cum alumine aut nitro *compositus*, solvitur dein, filtratur & abstrahitur per ∴m ad mellis consistentiam: Remanens materia extrahitur cum ♈ *rectificatissimo* in ℞m egregiè rubentem adstringentem, quæ filtratur, & ♈ aliqua pars, ad ☍aginositatem scilicet, abstrahatur.

In omnibus hæmorrhagiis, dysenteria, item diarrhæa, sputo sanguinis, optimi est successus. Dosis à guttul. 20. ad 30. in vehiculo appropriato. Dicitur ℞ ♃is vitrioli, quasi eidem inesset ♃.

Hujus ratione quoque videamus ♃ *vitrioli dulce anodynum*, à *PARACELSO* primò & post ab *HELMONTIO*, commendatum. Dicitur vitrioli ♃ dulce anodynum, quia habet vim anodynam, dolores & furores inordinatos (ita loquente *PARACELSO*) archæi sedandi. Hoc *sulphur ex vitriolo Veneris nihil aliud est, quàm sulphur Veneris fixum.* Paratur non immediatè ex Venere, sed ex vitriolo Veneris, quando ♁ in corrosione à spiritu sulphuris acido in ⊕ fuit benè reseratum; ita enim promptiùs ejus sulphur extrahi potest. In Marte, & vitriolo Martis analogum latet sulphur, quod patet

1. Ex fœtore ♃eo, qui inter calcinandum adstantium nares ferit.
2. Ejus flamma cœrulea, quam in igne spargit.
3. Sublimatio ♃is veri in collo retortæ per destillationem diutiùs continuata; Et
4. Quod ab oleo Vitrioli & terebinthinæ destillatis tandem verum & inflammabile ♃ in collo retortæ ♎atur.

Sed ♀ hoc ⊕li Martis non tàm efficax est in Medicina, quàm ♃ vitrioli Veneris.

HELMONTIUS destillat hoc sulphur Veneris in olei m viride, melle dulcius, quod vocat *Elementum ignis Veneris. Hoc oleum viride* (adjecto Mercurio ▽ato rubro illo diaphoretico, à quo liquor alcahest abstractus est, fixatur per liquorem alcahest, constituitque ⊙ ejus *horizontale*: Vid. *HELMONT. Tract. Lithiaſ. cap.* 8.

Ex hoc vitriolo Veneris, & inde parato ♀e, procedit *Dryf Helmontii*, seu *succedaneus lapis Buttleri Helmontii*, dum lixivio microcosmico ♃ vitrioli Veneris eluitur à concreto: Vid. *HELMONTIUS l.* 2. *Buttler.* Verùm cum non omnibus liceat adire Corinthum, vulgò parant *analogum* huic *sulphuri fixo Vitrioli*: alii enim per ana ♋is ammoniaci ♎ant caput mortum vitrioli Veneris rubicundum, aut colcothar vitrioli ad rubedinem calcinatum, vel terram ejus ochream seu metallicam probè edulcoratam, per ∴m, ignem sensim augendo, donec cucurbita fere candeat: sublimatum intensè flavum eximunt, & si nimis adhuc palleat, cum residuo denuò miscent, & de novo ♎ant; quod verò aurei coloris, iterum per se ♎ant, & egregium acquirunt remedium. Ex his cum spiritu vini ♃elici potest. Inter alios est *STARCKIUS*, qui coquit ⊖♀, & ebullire finit cum colcothare vitrioli Veneris, sic etiam putat fore, ut alcali fixum propter convenientiam ♃is in radice attrahat ad se sulphur Veneris, quod postmodum volatilisat, & optimum prædicat remedium. Sed est hoc difficile, quia paucis datum est volatilisare ⊖ia fixa. Dn. D. *BOYLE*, qui tribuit multum fidei scriptis *HELMONTII, componit flores ex sulphure Vitrioli Veneris, cum* ⊖*e ammoniaco* ♎*atos*, quos ceusacram anchoram in malis stomachi veneratur: Recepit scilicet ⊖✳ junxit cũ *capite mortuo* ⊕*li Veneris* exactissimè *edulcorato* (aliàs medicamentũ præparatum habet saporem Vitriolicum) sublimat, ac solvit in ▽, & edulcorat, atque ita acquirit flores aurantii coloris, quos vocat *primum ens Veneris.* Hisce floribus tribuit vim anodynam, dicitque, quod sint *in rachitide certi effectus experimentum*, item *antiquartium expertum.*

In capite mortuo vitrioli Veneris latitat vis pulveris sympathetici, curantis vulnera aliosque affectus, magneticâ virtute: *de quo vid. PAPYNIUS de pulvere sympathet. Quæst.* 2. *& DIGBY. Modus præparandi* est hic: Recipiunt Vitriolum, imprimis Veneris, exponunt in diebus canicularibus radiis ⊙aribus, ut calcinetur ad flavedinem,

(*notandum est, non exponendum radiis solis nimis æstuantibus, aliàs vis* hæc *sympathetica*, quæ nihil aliud est, quàm sulphur Veneris, *evanescit*; nec admittenda est pluvia, aliàs alteratur ♉ in verum ⊕) *Fundamentum curæ sympathetica consistit in sulphure vitrioli Veneris*, quo vulnera in distans sanantur. Calcinationem hanc per radios ☉ares *ZWELFFERUS in Mantissa spagyr. pag.* 389. rejicit, quasi eâdem ratione, ac ☉ ex vegetabilibus particulas volatiliores evocat, etiam ⊕ parte suâ volatili privaret. Sed inanis metus est, cùm in calcinatione per radios ☉ares non magis avolet, quàm igne actuali. Vegetabilia autem purioris, mineralia verò & metallica compactioris sint texturæ. Alii ♃ vitrioli aliter parant: scilicet recipiunt ⊕ *Veneris*, vel ⊕ *commune*, solvunt in ▽ *simplici*, solutionem filtratam per aliquot ☌ ☍ in loco calido exponunt, sic spontè ▽ *vitrioli ochrea* fundum petit; vel ▽ant c. ⊖♀, & vocant ♃ *vitrioli dulce*; sed falsò; est enim minera metallica vitrioli: Nam *sal tartari absorbet acidum vitrioli*, & minera metallica pondere suo cadit ad fundum, unde nihil valet sulphur hoc modo præparatum. Liquor autem post ▽ationem filtratur, & ad pelliculam usque evaporatus, crystallisatur in loco frigido in *tartarum* ⊕ *latum Tacchenii*.

LECTIO XXIII.

Consideravimus hactenus ea, quæ ad ⊕ ejusque Præparationes spectabant: supereſt adhuc considerandum

ALUMEN.

Alumen vitriolo cognatum est, & ex hoc alumine cum sale communi destillaturi sumus primis diebus *spiritum salis compositum*, pro Magisteriis aliisque præparandis. Dico cognatum esse alumen vitriolo: nam sicut ⊕ ex spiritu acido ♀is & metallo corroso, ita O ex eodem *constat spiritu acido sulphuris & petroso terreo corpore, à spiritu sulphuris soluto, ac in aluminosam pellucidam substantiam unito.* Hinc est, quod *ex alumine* quoque *destillari possit talis spiritus acidus, qualis prodit ex vitriolo* sub △ tortura, *qui tamen est paucissimus nec adeò acidus, ut spiritus vitrioli. Ratio est* hæc, quia corrodendo corpus petrosum, textura particularum ∽ acidi sub tortura △ à corpore terreo petroso immutata ferè est, ut antiquam qualitatem atq; aciditatem non amplius obtineant. Hoc ut clarius patear, recipiatur *spiritus sulphuris per campanam* paratus, solvatur in eo *terra sigillata*, & protinus concrescit concretum aluminosum; si dissolvatur *eodem spiritu* ☌, fit ⊕: Hæc duo concreta per ☾am destillata, non dant eosdem exactè ∽, sed iste, qui fit cum Marte, est paulò acrior eo, quàm qui è ▽ sigillata destillatur; est enim remissior. Hanc *generationem aluminis ex spiritu sulphuris acido cum corpore petroso, confirmat experientia quorundam.* v.g. Recipiunt ∽ *sulphuris per campanam*, hunc affundunt *cretæ*, solvunt, evaporatam massam inspissant, & fit exinde in loco frigido perfectum O. Hoc refero uti communicatum, an operatio succedat, experientiæ relinquo. Alii aliter procedunt, affundunt vel spiritum vitrioli, vel salis vel alius salis mineralis corpori terrestri aluminoso, & acquirunt *O*: sit fides penes experientiam.

Sæpiùs fit, ut *ex pyrite calcinato generetur vitriolum: ex eodem quoque subinde fit O*; dum enim sub corrosione pyritis ∽ acidus sulphuris corrosione metalli dat ⊕, corrosione adjecti terrestris corporis dat O: & certum est, quod ibi plus reperiatur aluminis, ubi generatur ⊕ aut sulphur.

Dixi, quod *caput mortuum vitrioli exhaustum omni spiritu* (non tamen totaliter) *si exponatur aeri libero, impregnetur novo spiritu ex aere*: Hoc quoque verum est de capite mortuo aluminis.

Species aluminis variæ sunt: Nam *rupeum*, Gallis Roches, veteribus fuit incognitum, quia ars pyrotechnica iis fuit occulta. Alumen rupeum crebris solutionibus ac calcinationibus præparatur; *Veterum* verò *alumina liquida nobis sunt incognita.* Aliàs *alumen plumosum* vulgò datur blandum satis *ac non tàm asperum, ac est alumen Rochæ.* Hoc sæpiùs confunditur cum Amiantho; hæc tamen interea est differentia:

(1.) *Alumen plumosum* est friabile, & adstrictorii nonnihil saporis; *Amianthus est insipidus.*

(2.) *Alumen plumosum* △ *rigore examinatum comburitur*, & jacturam tandem in igne substantiæ suæ facit; *Amianthus* verò *est invincibilis ab igne.*

Ex hoc *Amiantho in fila texto fiunt marsupia*, in quibus ☉ liquescit *salvo* continente seu *marsupio in igne*, qualia marsupia videre mihi licuit apud *ingeniosum SEPTALIUM.*

Quod attinet ipsum *O*, imprimis *Rochæ*, hujus vis est admodum nota; unde *in vomitu* admodum *pertinaci, diarrhæa*, &c. cum appropriatis aliis *convenit*; item *in mensium fluxu nimio* O Rochæ *ad drachmam semis* quotidiè usurpatum, comprobatum est: sic quoque *in febribus intermittentibus* O singulare est remedium, præmissis præmittendis; sic enim *paroxysmos* citiùs redeuntes *retardat* atque compescit.

Verùm *O hoc conjunctam habet pinguedinem quandam excrementitiam, quæ, priusquàm in usum medicum vocetur*, ab eodem *est separanda: Depuratur* autem *hoc modo*:

℞. *Alumin.* qu. v.

solvitur *aqua calida*: huic affunditur ⊡ *humana*; sic enim fit, ut pingue illud aluminis excrementum ad fundum secedat, & O purum reddatur.

Præferendum tamen alumini crudo Magisterium aluminis in febribus intermittentibus; item dulcedo seu saccharum aluminis. Magisterium *pro usu febrili præparant hoc modo*: Calcinant more consueto in olla; huic *alumini calcinato*, cùm adhuc candet adjiciunt ⚹, ut ita solvatur: solutionem filtratam evaporant in loco frigido *in crystallos elegantes*, quorum usus ad ℈j. decantatus est satis in febribus intermittentibus, scorbuto & epilepsia.

De phlegmate & spiritu dictum est superius. Ulterius paratur ex alumine *saccharum aluminis*, hoc est, O crebris proprii phlegmatis abstractionibus & imbibitionibus in tantũ inversum, ut depositâ omni acrimoniâ insipidum fiat: Videatur *POTERIUS in Pharmac. spagyr. l. 2. pag. 424. cap. 42. de Alumine, & de Febribus l. 2. c. 22.* Hoc *saccharum aluminis est specificum in dysenteria*, item *in Hectica expertum* ab Autoribus: Vocant quoque Mannam item primum ens aluminis.

Externè O crudum dissolvitur in lotionibus vulnerum, *in ulceribus sinuosis profundis* aut *malignis*. Hinc quoque *ad sophisticationem virginum & mulierum post partum* adhibetur; item *in uvula laxata* cum decocto prunellæ solutum O cum sale ammoniaco *optatis est successus*; item *in laxitate gingivarum scorbutisa* cum appro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0468-3 DFG

appropriatis feliciter adhibetur. Ingreditur quoque Ram laccæ, quæ decantatissimi est effectus in ulceribus, & gangræna gingivarum scorbutica.

Quidam *ex alumine* parant *suppositoria*, & omnium primus hoc tentavit *ANGELUS SALA*, & à modernis continuatur hic usus. *In ariduris membrorum*, quæ ex vulneribus partium membranosarum contingunt, valdoperè laudatur: scilicet recipiatur *alumen* probè *calcinatum*, dissolvatur in ▽ *communi* sic ⊽abitur ⚸, qui cum ♈ edulcorandus, & postmodum cum unguentis appropriatis (*mit den* Schwind-Salben) miscendus: sicut idem & hoc modo præparatum *contra malum ischiaticum externè* cum successu usurpatur.

Sed hæc de ⊖ibus, tàm vegetabilium quàm mineralium.

LECTIO XXIV.

Pergo jam ad *secundum Paracelsistarum Principium* hypostaticum, nempe

SULPHUR.

Hîc non minores, quàm de ⊖ino principio, oriuntur disceptationes inter Chymicos, quæ non aliunde natæ sunt, quàm ex *PARACELSI* Paracelsistarumque, bonæ literaturæ ignorantia. Aliàs in genere *per sulphur, sulphureaque concreta, nihil aliud intelligitur, quàm pinguedo facilè inflammabilis*: & talis pinguedo sub vario bituminum, resinarum, &c. tegmine latet: quæ, cùm in △e crudo præprimis inveniatur, ab hoc, tanquam à potiori, facta est denominatio. Hæc autem requisita △eorum subjectorum, cùm in △ communi, illud examinantes, abundanter deprehendamus, factum est, ut sub hujus ratione omnis pinguedo △ea, fuerit appellata sulphur. Cùm verò oleosa corpora, tàm naturalia quàm artificialia, imprimis sint pinguia & facilè inflammabilia, factum est, ut olei vox pro principio sulphureo usurpetur, ita ut *oleum & sulphur* hoc in passu coincidant. *Pinguedo* talis *sulphurea nuspiam est solitaria; sed cum aliis particulis variis concreta, & quasi in unum coagulata est*; unde non tàm primum & hypostaticum erit rerum principium, quàm potiùs principiatum, ex rerum virtute genitum. *Particulæ* autem, *ex quibus hoc sulphur concrescit, sunt acidum, quod in omni sulphure & corporibus sulphureis deprehenditur, & à parte sulphurea contemperatur*, ut ejus acor nimius subinde occultetur. Hic *in sulphure communi acidum reperitur*, uti & in antimonio; nam & hujus sulphur ex acido & pinguedine est compositum: *Succinum & bitumina* (sive ad minerale referatur regnum, sive ad vegetabile) *suum habent acidum*, quod in destillatione prodit instar ∽ acidi: *resinæ pingues*, pix, terebinthina, &c. *omnes cum pinguedine sulphurea habent aciditatem*; unde in picis & terebinthinæ destillatione primo loco prodit ∽ acidus, quem subsequitur pinguedo sulphurea: Hinc sunt, qui volunt ex *fuligine*, quæ *nihil aliud est quàm sulphur vegetabilium sublimatum*, evocare fortiori igne spiritum, nec frustraneo conatu; operatio enim succedit: unde ligna, quò pinguiora, eò copiosiorem spiritum acidum suppeditant, & ☌. *Carbones constant sulphure*, ex quo suam combustibilitatem habent, *ex acido & oleo composito*, ut mineralia; unde *per alcalia fixa sulphur carbonum extrahitur*, quando alcali sulphur eorum imbibit & acidum destruit; conveniunt enim in radice: *Myrrha* utut amara, *destillata acidum tamen exhibet saporem: Oleum commune* fortem *habet acorem*; unde etiam ♂ in rubiginem corrodit, quia & lunam & Venerem in lamellas diductam corrodit in rubiginem: ut taceam acidum penetrans ex oleo communi artificialiter elui posse; hinc aciditas olei communis patet, si gutta unica hujus olei in oculum incidat, vehementiores excitat dolores, quàm ipse succus acidus citri: *Nec* ☌ *lini destituitur* suo *acido*: *Olea destillata* (quæ *nihil aliud sunt, quàm salia volatilia concentrata*) suâ quoque constant pinguedine, & *nova sunt producta*, concreta per ignem; *materialiter* quidem *insunt subjectis, non autem formaliter*: Hæc, utut in radice sint ⊖ia volatilia, tamen non destituuntur pinguedine sulphureâ, cum acido concentrata. Talis pinguedo concentratur quoque per ⊖ia volatilia in concreta nova: hinc *olei acidum concentratur à spiritu ⊖is ammoniaci*, quando hujus alcali volatile aggreditur illius acidum, & coagulantur mutuò. *Aromatum olea destillata suo nec destituuntur acido*: imò cinnamomum ipsum, si blando exactoque △ regimine destilletur, phlegma acidum primò prodit, & postmodum ☌ subsequitur. Hujus destillationis artificium consistit ut dixi, in prudenti △ regimine. *Animalium pinguedines suum* quoque *habent acidum*; *si* enim horum *pinguedini conjungatur alcali fixum, producetur sapo*: Notum enim est, quod *pinguia & aquosa misceri non queant*; si verò alcalia cum pinguedine jungantur, abeunt in corpus crassum saponiforme. *Cur* verò se conjungant ☌ vel pinguia cum alcalibus, ratio est, quia alcalia imbibunt acidum in pinguedine latitans, quæ ita conjuncta vertuntur in saponem. Imò *credo, quod in spiritu vini acidum subsit*. ∽ enim inflammabiles sunt ☌a fermentando volatilisata, & ☌ destillata ⊖ia ab acido concentrata: Imprimis hoc patet, quod subjecta, quæ nullam sustinent fermentationem, dent copiosa satis olea; sin verò fermententur, exhibeant spiritum ardentem, paucum verò vel nullum ☌; unde probabile est, olea subjectorum fermentatione volatilisari in spiritum ardentem. Confirmare hoc videtur *BECCHERUS*, dum profitetur, se scire modum ☌a vertendi in spiritum ardentem. Ut nihil dicam de Chymicorum quorundam opinione, quâ colores omnes à sulphure deducere conantur: imò & ℞as corporum ratione sulphuris efflorescere asserunt, quod ♈ tanquam subjecti △ei beneficio eadem ℞æ extrahantur.

An verò in metallis verum detur sulphur? affirmare nequeo; adeò, si forsan extrahatur sulphur inflammabile, hoc fit non nisi diuturnas post præparationes subjectorum, ubi dubium est; an non sit novum productum artis? an verò in ipso concreto ante ignis examen substiterit? Certum quidem est, quod *corpora metallica*, ut magis compacta, *non prodant de se sulphur, nisi aliis mediantibus.*

Cum autem videamus corpora quædam facilè fieri inflammabilia propter copiam ♃is; econtrà autem videamus in præparatione Antihectici *POTERII*, agitatione Materialium paulò nimiâ Jovem concipere flammam; probare videntur, esse perfectum ♀ in corporibus metallicis. An verò ℞æ metallorum (quod tamen huc non spectat) sint Extractiones ♀um veræ? an verò solutiones partium quarundam metallicarum, aliorum judicio relinquo. Ego posterius affirmarem.

LECTIO XXV.

Vidimus generaliter hactenus sulphura, tàm vegetabilium quàm mineralium, ut & animalium, quantum sub uno sulphuris conceptu comprehenduntur: Jam in specie quod attinet

SULPHUR COMMUNE MINERALE,

de eo occasione florum sulphuris, jam ♎andorum, dicemus.

Sulphur commune in duas dirimitur substantias, quæ tertium dant concretum; quarum *prima est pinguis, bituminosa, & inflammabilis; secunda est acida salina:* Utraque exhibetur in △ regimine. Nam in igne ardet pinguis illa sulphuris portio, dum interea ∿ acidus in forma vaporis ferit nares, pectusque coarctat, quique *per campanam* quoque *concentrari potest in verum liquorem spirituosum*, de quo *inferiùs.* Hanc sulphuris constitutionem ex oleosa & acida parte confirmat & Analysis & Synthesis Chymicorum.

Quod attinet *Analysin*, dixi de ejus inflammabilitate: quod ad synthesin, *potest componi sulphur artificiale ex substantia seu subjecto oleoso, pingui & acido:* Nempe, si misceatur terebinthinæ ♁ destillatum cum dimidia parte ∿ vitrioli; hæcque destillentur cautissimè per ◯am, acquiritur post destillationem in collo retortæ sulphur perfectum inflammabile, quod oleositatem suam habet ex oleo terebinthinæ, aciditatem ex spiritu vitrioli. Analysin porrò quod concernit, in præparatione ∿ sulphuris per campanam, advertitur primò pars & substantia pinguis, in igne ardens; secundò substantia acida, in spiritum acidum concentrata: vid. *inferiùs*.

Ratione originis, *sulphur aliud est nativum, aliud arte productum.* Nativum sulphur quoque datur (quamvis rarò) in fodinis quibusdam, & dicitur sulphur apyrum, quod in usu Medico est optimum; quia integerrimum & simplicissimum est: Artificiale fit, quando vel ex pyrite sulphur excoquitur, vel ex aquis sulphureis inspissando elicitur. Pertinet huc *aqua sulphurea HAUPTMANNI*, de qua vid. *Tractatus Chymicus de Thermis Wolckensteinensibus*, ubi refert de aqua limpida ex petra exstillante, quæ in ♎e in sulphur abierit. Subinde contingit, ut, cùm excoquitur ⊕ ex minera, tunc etiam verum sulphur effluat & emanet.

Pro usu Medico sulphur eligendum purissimum. *Depuratio* autem *sulphuris* vario fit modo, imprimis autem *cum* ▽ seu *lixivio calcis vivæ* aut alteriùs alcali, in hoc enim ♀ commune probè ebulliens ab omnibus sordibus probè depuratur: vid. *THURNHEUSERUS de aquis mineralibus.* Aliàs non inconveniens est modus, quo *cum urina humana* depuratur: Coquitur scilicet cum urina humana, *&* levi *aceti insperſione* brevi depuratur. Nec inelegans *depuratio* instituitur *cum cera*, dum sulphur permiscetur anaticæ portioni ceræ, quæ in vase, ne tamen flammam concipiant, funduntur, dumque adhuc fervent, infunduntur in ▽m, ut purum ab impuro ibidem separetur: vid. *ZWELFFERUS in Mantissa spagyr. pag.* 397. Huc pertinet depuratio per ♀is ♎ationem, quæ optima, uti jam videtis, & de qua postea audietis.

LECTIO XXVI.

Depuratio sulphuris, quæ fit cum ♆, manu nos ducit ad originem Thermarum. *Fiunt* enim

THERMÆ

ex mineris sulphureis beneficio effervescentiæ, à quibus *ardor iste Thermarũ excitatur; Virtus* verò *medica à sulphure dependet.* Hanc generationem Thermarũ eleganti declarat exemplo *ROCHUS in Scrutin. Thermarum:* Hic enim effodiendo thermas, pervenit ad originem earum, ubi deprehendit scaturiginem ▽æ frigidæ saporis salsi, quæ permeando mineram sulphuris, cum sulphure effervescentiam concepit, ex qua postea calor & virtus Thermarum. *Thermæ artificiales fiunt ex aqua, calce viva & sulphure:* Recipiatur nempe *sulphur*, & triplum ♆*a*, qu. pl. His mistis affundatur ▽ *communis*, bulliant, donec ▽ rubescere incipiat, quod signum est soluti sulphuris, & hæc ▽ commodissimè pro thermis naturalibus adhiberi potest, imprimis si vegetabilia nonnulla aromatica & nervina eidem ▽æ incoquantur. Calorem ex effervescentia; virtutem vero ex sulphure, dependere dixi: hinc est, quod *Thermæ conducant in morbis chronicis, externis ulceribus, fistulis, affectibus partium nervosarum, paralysi*, ut & *in erysipelate exulcerato*, in *gangrena imminente.* Elegans quoque sunt cosmeticum, quod *scabiem contumacissimam*, lentiginem, herpetem, & alia optimè *curat.*

LECTIO XXVII.

Nunc ad reliqua

SULPHURIS PRÆPARATA.

Hæc inter primò se offert *sublimatio sulphuris*, quæ *vel per se, vel cum aliis instituitur. Omnium optima est sublimatio florum sulphuris simplex*, sub qua alembicus, cùm in hoc calefacto propter ignem diutiùs continuatum illi facilè fluant, sine luto adaptetur, ut flores interdum extrahi, & mox alius apponi iterum possit, ne ♎is accessu sulphur incendatur. Solent nonnulli addere sal decrepitatũ, alumen ustũ, & juxta *PARACELSUM* caput mortuum seu colcothar vitrioli, quod idem præstat ac O ustum: idque eum in finem, ne scilicet in igne fluat sulphur, indeque pauciores exsurgant flores: Vid. *ZWELFFERUS in Pharmacop. Augustanam.* Notandum autem, quod colcothar vitrioli exactissimè sit calcinandum, aliàs flores sulphuris fiunt corrosivi, tincti acido corrosivo vitrioli; cumque deberent balsamum esse pulmonum, fiunt eorum venenum. Inanis autẽ metus est, quem de sulphuris liquefactione concipiunt; cùm vix flores sublimentur, nisi sulphur in cucurbita liquescat: Vid. *BEGUIN. Tyrocin. Chymicum pag.* 337. Sunt, qui faciunt *flores compositos cum thure, aloe, myrrha*, &c. sed *nihil valent*, quia solum contritum sulphur ♎atur, reliqua verò, tanquam fixiora, ♎ationi inepta sunt, & facilè solent comburi in fundo, & acquirere empyrevma, atque colorem depravatum: *Benzoe*, cum per se in flores sublimetur, addi potest. Aliàs componunt *flores sulphuris saccharinos*, sed pessimo itidem consilio; ab igne enim saccharum comburitur, unde flores ♎ati fœtorem spirant, saccharumque in fundo combustum relinqvunt; quod quidem spiritum acidum suggerit, cum

cum floribus ♃is tamen haud commiscibilem. Alii parant *Flores sulphuris coralliatos*, miscent scilicet corallia cum ♃e trito, committuntque igni; sic fieri putant, ut acidum ♃is corallia aggrediatur, & in sui ♒ationem secum in sublime rapiat partes volatiles coralliorum, sicque fiunt flores ♃is coralliati, in Medicina efficaces. Verum quoque est, in ♒atione ♃is exhalare tantum acidi ♃is, quantum sufficit pro solutione Coralliorum: sed tamen nihil de Coralliis in sublime tollitur, quin frustranea hæc est florum ♃is ♒atio.

Usum florum sulphuris quod attinet, notum est, quod *sulphur optimum sit pectorale*, adeò ut à Chymicis dicatur Balsamum pectorale seu pulmonum: Verùm hoc intelligendum est de parte ♃is pingui; acida enim pars ♃is nocet pulmonibus. Verùm est, quod balsamum pulmonum in parte ♃is oleosa & pingui resideat: sed cum ab acida parte difficillimè separari possit pars oleosa, propterea fiunt infusiones variæ ♃is cum oleis variis, ut inde balsama ♀is varia fiant: sic fit e. g. Balsamum ♀is terebinthinatum. Nam certum est, quod pulmonum corruptelæ quæcunque, sive in abscessus sive exulcerationes degenerarint, optimè curentur per vim ♃is balsamicam, quia & aliarum partium, præcipuæ renum, affectus felicissimè curat ♀, non secus, ac notum est, quod *in ulceribus cacoëthicis*, in specie *mammarum*, aliisque, *optimum* sit *remedium*; unde *in catarrhis egregii* quoque *est effectus sulphur*, *corrigit* enim *lymphæ acorem ac acredinem*, hinc *in tussi aliisque pectoris morbis*, *à lymphæ acida oriundis*, *optimè prosunt flores sulphuris*, imprimis è myrrha & benzoë præparatis, cùm *præ* ♀e non detur melius remedium, quàm benzoë: *in* colica ab acido orta ♀is effectus quotidiè laudatur; ad ʒß enim exhibitum, expertum est remedium. *POLEMANNUS de sulphure Philosoph. cap.* 12. flores ♀is in phiala leni igne per aliquot ☒es digerit, & ita fixantur, ut suam combustibilitatem amittant; imò, antequam ad illum fixitatis gradum flores ♀is hi pertingant, & per 6. saltem septimanas in digestione continua asservati fuerint, certa maturationis signa exhibere, dicit: solvit nempe partem hujus ♀is digesti in oleo, & aliam partem non sufficienter digesti: & hujus solutionis maximum fœtorem, instar balsami sulphuris communis; perfectè digesti verò suaveolentiam aromaticam, apparere affirmat, quod nobili Colicâ, ab acido ortâ, afflicto præsenti fuit auxilio.

Quod attinet usum externum, ♀ optimè mundificat & curat vulnera & ulcera, tàm maligna, quàm benigna, ut & dysepulotica, facilè aliis admistum curat: Et ex hoc fonte pestis veneno insigniter adversatur, ab *HIPPOCRATE* jamdum commendatum; unde flores ♀is omnium antipesti lentialium possunt esse basis. Ulterius in morbis mulierum, in mensibus movendis, fœtu & secundinis provocandis, suam confert opem: in scabie unicum ferè est remedium: nec timenda est retropulsio veneni scabiosi, sed feliciter adhibetur balsamum ♀eum, imprimis si acuetur cum alcali quodam, in specie cum oleo ♀i, & mistum unguentis applicetur, nunquam fallet; & licet malum scabiosum in lepram gravioremque degeneret affectum, si internæ viperina aut ☿alia adhibeantur, externè ♀ata applicentur, nihilominus effectum videbitis optatissimum.

Post ♒ationem ♀is sequitur *solutio*; *solvitur* autem *sulphur*

1. *Per alcalia fixa*; quoniam hæc ex ♀e in concremationem oriuntur.
2. *Per olea destillata*; quia sunt naturæ ♀eæ.

Ex solutione ♀is per alcalia prodit *LAC SULPHURIS*; sic enim per lixium ♆æ, ♁ ♀, cinerum clavellatorum, &c. coquendo solvitur ♃, fit resolutio ruffescens, quæ posterior cum aceto; prior cum urina adhuc calida, ♒atur, & fit inde cum summo fœtore liquor lacteus, qui ▽â ablutus in pulverem colligitur. *Usus* hujus decantatur in quamplurimis affectibus, cùm tamen nihil valeat; est enim *Magisterium hoc nihil aliud*, quàm *calx iners*. Nam destructâ ♃is naturâ per conjunctionem ♋ium cum ♃e, ipsoque sulphure, partim cum alcali partim cum acido, unito fit ens novum fixum, nullius fere pretii, quod in menstruis oleosis vix ampliùs dissolvi potest, imò ♒atum vix tertiâ sui parte in flores elevetur; & *plus operatur* ʒß *florum sulphuris quàm* ℥j *lactis sulphuris*. Alii imbibunt lac ♀is cum spiritu salis, ut inde fiat massa consistentiæ crassioris: hanc massam pultaceam destillant per retortam, & acquirunt *lac sulphuris*, quod *prodest in hydrope & peste*. Optimum & egregium fit lac seu magisterium sulphuris, quando balsamum ♀is ad Extracti liquidioris consistentiam inspissatum, cum spiritu vini rectificato extrahatur, & cum aqua simplici præcipitetur.

Præter alcalia fixa solvitur sulphur in oleosis, & dicitur *balsamum sulphuris. Ordinariè fit balsamum cum oleo destillato terebinthinæ*; alii *cum oleo anisi* pro pectorali; alii *cum oleo destillato succini* pro cephalico & hysterico usu; alii *cum oleo baccarum juniperi*, parant. Optimus modus est, ut ♃ prius cum ana ♁ ♀ liquescat; sic abeunt in massam rubicundam, *Epar* ♃*is* dictam, quod postmodum cum *oleo* extrahendum. Alii *compositos faciunt balsamos*, *addendo sulphuri myrrham & benzoën*, atque cum oleis destillatis balsamum sibi comparant egregium. Aliàs sumunt quidam loco ♃is communis *sulphur antimonii auratum*, quod etiam *ab oleis solvitur*, & majorem, quod credo sperant effectum. *RULANDUS* cum oleo rapistri & lini suum fecit balsamum ♃is externum. Nonnulli his balsamis addunt camphoram, & habent penetrantiores, & *in affectibus malignis* magis *appropriatos balsamos*. Balsamus ♃is, à ♁ ♀ reclusi & cum oleo quodam destillato soluti, si destillatur, prodit menstruum, manetque in fundo coagulum, quod cum spiritu vini probè rectificato extrahi potest in *Tincturam sulphuris* non inelegantem, utut tantùm solutio totius corporis videatur.

Usus balsami sulphuris est ad ulcera & corruptiones viscerum internorum, præcipuè pulmonum; *hinc in phthisi* commodè *adhibetur*, sed *cum cautione*. Hæc cautela autem observatur hoc modo: primò *non solò aut crebro utendum est hoc balsamo, sed addito balsamo Peruviano & saccharo saturni*; sic enim fieri possunt *Rotulæ*, quæ *in tussi aliisque inveteratis* pectoris *affectibus* possunt. Si aliquoties *balsamum sulphuris cum dosi laudani opiati* nocturno tempore adhibeatur, in tussi inveterata & pertinaci, aliisque catarrhalibus affectibus, laudandum dabit effectum. In specie in dysenteria maligna valdè conducit balsamum sulphuris. Ante quinquennium cùm grassaretur dysenteria, optimè se curarunt & præservarunt patientes cum balsamo ♃is; ulcera namque intestinorum balsamum ♃is cum saccharo saturni certò & citò curare dicitur. *Externè ad ulcera & vulnera in casibus chirurgicis optimè adhibetur: Tumores*, præcipuè carbunculos, *mundificat & maturat*, ne dege-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0471-9 DFG

degenerent in ulcera maligna. Ideò etiam paratur *balsamum sulphuris pro usu externo* cum oleis expressis, v. g. raparum, lini, nucum, &c. unde *balsamum sulphuris ad extra Rulandi. Mammarum ulcera, quæ* aliàs periculosa sunt, *nihil meliùs curat, quàm balsamum sulphuris cum oleo momordicæ*, quod sibi in tali casu non habet par remedium. *Panaritium* (den Wurm am Finger) affectum satis molestum, curat balsamum sulphuris, teste *RULANDO.* Cum balsami Peruviani ana mistum vulnera recentia citò curat, inveterata ab exulceratione præservat.

Ex balsamo sulphuris paratur ℞, quando ab illo ☿ abstrahitur, & residuum cum spiritu vini rectificatissimo extrahitur: Alii

Recipiunt ☉i p. jv.
♃is p. j.

Pulverisata & mixta in crucibulo detonant, ignem augendo & continuando, donec in massam rubicundam abeant: quam in mortario calido pulverisatam cum *spiritu vini* extrahunt.

Vel liquescat sulphur cum ana ♄♀, & dicto modo extrahatur. Extrahi quoque flores sulphuris possunt in ℞m.

Huc etiam pertinent *resina* & *Crystalli sulphuris*; *resina sulphuris* paratur abstrahendo leni igne *balsamum sulphuris*, cum *oleo destillato baccarum juniperi* l. *terebinthinæ*, aut *horum ana*, paratum, ad consistentiâ piciformem in ♈, quæ pulverisata, & in scabie cum C.C. sine igne & antimonio diaphoretico mixta, egregia est. *Crystalli sulphuris* fiunt, quando ℞ *ex balsamo sulphuris* parata ad medietatem abstrahitur, sic in loco frigido ceu cella concrescunt Crystalli, quæ aliquoties cum *spiritu vini rectificato* solvendæ, & ad tertiam partem abstractæ, de novo crystallisandæ, donec fœtorem deponant.

Hæc de parte sulphuris pingui dicta sunto.

Altera ejus pars substantialis *dicitur spiritus sulphuris.* Verùm hic *sp. vix separari potest sine parte sulphuris pingui*, nisi per flammam. Ut ergò fiat ∽ acidus, singulari encheiresi hîc opus est. *Modus destillandi* communis *est* hic.

℞. *sulphuris*, qu. v.

Inflammetur, & super flammam justò interjectô spatiô applicetur vas amplum vitreum, quod dicitur campana, quæ omnes vapores adscendentes excipit, qui sensim concrescunt in guttas, decidentes tandem in subjectum vas vitreum, & abeunt in spiritum acidum sulphuris.

Verùm parum acquiritur, ℔j enim *vix dat* ℥j: reliquum omne, cùm non nisi in libero ♎e destillari possit, abit partim in auras, partim in Gas incoercibile, uti & loquitur *HELMONTIUS. In destillatione hac notandum:*

1. *Ut campana cum aqua aliquantum humectetur*, ut promptè uniat se pars acida cum aquosa, & ab eo in spiritum acidum, utut evadat phlegmaticus; potest enim rectificari.
2. *Ut destilletur die nebuloso ac pluvioso*; sic citiùs atque copiosiùs colligitur. Nam quo humidior est ♎, eò major quantitas ∽ sulphuris acquiritur; econtrà si ♎e sereno destillatur, quantitas hæc vix observabilis est: unde etiam in cella destillatio hæc commodè institui potest.

Spiritus hic *sulphuris est acidum universale omnium mineralium*, estque cognatus ☉i ☿æ centrali, utpote qui proximus est ab ejusdem origine. *Cum hoc & ☿ petrosa fit O; cum minera Martis & spiritu sulphuris fit vitriolum Martis*; & ita hic ∽ certas accipit modificationes, pro varietate subjectorum, quibus cum conjungitur. Hic ∽ sulphuris cum spiritu vitrioli easdem habet virtutes, nisi quod *spiritus sulphuris* hic *non habeat admixtas particulas metallicas*, quas habet vitrioli ∽. *Spiritus* hic *in frigido loco aquâ dilutus dat crystallos saporis aluminosi*, teste *BILLICHIO*, quem penes sit fides. Notum est, quod *fumus sulphuris vinum ab omni corruptione servet immune:* Hoc advertentes *Chymici, omnes succos crudos per fumum sulphuris à corruptione præservant.* Ab hac encheirisi processit ulteriùs *HELMONTIUS, & commendat potus sulphuratos ad tussim & alios pectoris affectus*, sed modum pro more consueto reticet: hic tamen est modus:

Recipit *lagenam potu semiplenam:* postmodum *tela* ♃*ea* (Schwefel-Faden) incenduntur, induntque *lagenæ potu semiplenæ* ut ardeant, donec eorum fumus repleat omne vas: tunc protinus claudatur & agitetur, ut *liquor cum Gas sulphureo* forti agitatione uniatur, unde postmodum Gas hoc disparet, & potus nil sulphurei sapit.

Hic potus *maximopere valet in affectibus malignis*: nam *in peste* nupera *Londinensi*, ubi uno die plus 900 hominum succubuêre, *hoc medicamentum magnæ fuit utilitatis.*

LECTIO XXI.

Post sulphur commune non datur in toto regno minerali magis sulphureum subjectum, *quàm antimonium*, unde ad ejus considerationem jam properabimus.

ANTIMONIUM.

Est antimonium subjectum minerale, naturæ metallicæ finitimum, compositum, secundum corporum metallicorum synthesin, *ex copioso admodum sulphure, eoque minerali; hinc ex Mercurio metallico*, hocque *copioso*; & denique ex substantia ☉ina terrestri alcalina. Ex his tribus constituitur ♁.

Quod attinet secundum *antimonii partem* substantialem, nempe *sulphuream, est* ea *cognata sulphuri communi*, utut magis digesta, magisque ex parte fixata: ob id *ad naturam sulphuris aurati accedere dicitur* à quibusdam, ex eo, quod usu chymico compertum sit, ☉ *colore suo ac tincturâ orbatum, fusione per antimonium denuò suum antiquum splendorem* & tincturam *recuperare*; unde probant, quod *antimonio insit sulphur natura solaris.* Sed utut hæc dicant, probatio tamen non omnibus sufficit. Potest enim fieri, ut auro deficiat color propter varia heterogenea, quæ ejus claritatem & ℞am ad tempus occultant, postquam verò illud funditur cum antimonio, absorbet hæc heterogenea, & sic redit, sublatô impedimento, aureus color atque ℞. Quicquid sit, tamen certum est, quod sulphur antimonii nobilius sit atque elegantius ♃e communi, & non parum ad ☉ solare accedat; ex hoc enim virtus antimonii corroborativa, cephalica, epileptica, & variis venenis resistens, originem ducere credunt. Sulphur hoc antimonii minerale probant omnes operationes atq; præparationes istæ, quæ ex antimonio conficiuntur: hinc inflammabilitas cum odore ♃eo & Gas acido; hinc *cum nitro & tartaro detonationis effectus*; hinc ℞æ antimonii per alcalia extracta (*alcalia* enim *promptè attrahunt mineralium sulphura*) hinc *ex Mercurio sublimato & antimonio oritur butyrum antimonii*, quod maximè spirat ♃eum quid; hinc *ex Mercurio* vulgari

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0472-4 DFG

vulgari cum sulphure antimonii elaboratur cinnabaris perfectissima; unde est, quod ex antimonio possit elici copiosissimum sulphur, sulphuri communi simillimum, nisi quod non adeò flavescat, ut ♃ commune, sed nonnihil viridescat.

Tale *sulphur minerale duplici modo elicitur ex antimonio:*

1. *Per destillationem*; quando ♂ pulverisatum cum spiritu vel oleo Vitrioli ad tempus digeritur, & postmodum forti igne destillatur; sic in fine destillationis ♎abit se ♃ in collo retortæ.
2. *Per solutionem*; si solvatur ♂ in ♈ (quod ex spiritu nitri, in quo ⊖ commune resolutum, constat) cui si dein affundatur ▽ communis, separabitur ♃ perfectum antimonii nonnihil viridescens. Ut taceam non secus quàm cum ♃e communi per ☍ destillata, aut ☍a expressa, extrahi ♃ antimonii, & cum eo fieri balsamum ♃uris, quod melius est vulgari.

Dixi, quod *antimonio* quoque *insit Mercurius copiosus, sed metallicus, qui participat de natura saturni*, & hic Mercurius est, qui à ♃e separatur in præparatione reguli antimonii, inque tegulum se conglobat. Dixi, quod sit naturæ Saturninæ; hinc est, quod *BASILIUS VALENTINUS* docet regulum antimonii mutare in perfectum Saturnum; hinc *antimonium* vocat *naturæ hermaphroditicæ*, quod sit *partim metallū* propter saturninam portionem, *partim mineralis natura* propter ♃ aliaque ⊖ia superflua. *Aliis* propterea, quia ♃ participat de ♃e ☉ari, *dicitur* ☉ *leprosum*, nondum ad perfectam ☉is adductum fixitatem. *Aliis* dicitur *Lupus*, quia instar lupi voracis omnia fermè metalla, præter ☉, devorat: Nam *sulphur antimonii minerale* abundans *in fusionis igne omnia metalla absumit*, seque cum iis saturat, cùm in proprio corpore non saturetur, ☉ *autem intactum relinquit*, partim propter firmissimam compactionem, partim propter amicum ♃is antimonii & ♃is ☉aris conjunctionem. *Voracius est sulphur antimonii ipso saturno*; quia saturnus absorbet relinqua metalla, excepto ☉e & luna, ♄ verò solum ☉ in capella relinquit, reliquis devoratis. Denique *dicitur Protheus*, propter sui mutabilitatem variam. *Omnes* enim *colores & sapores inesse antimonio, affirmant Chymici omnes*: id quod testantur flores antimonii, qui modò albi, modo flavi, modo rubri, ♎antur: sic quoque fiunt vitra varii coloris ex antimonio.

Pro usu Medico eligendum est illud antimonium, quod eruitur ex aurifodinis; tale enim est perfectissimum, habetque ♃ copiosiùs, magisquè est naturæ ☉aris: Unde *antimonium Ungaricum optimum est*, *cùm* notum sit, quod *ibidem* loci *dentur multæ auri fodinæ*. *Nota* verò *bonitatis est*, ut habeat strias albicantes, inter quas *dispersa* sint *puncta rubra*, quæ *indicant copiam sulphuris, striæ verò abundantem Mercurium & Regulum.*

Quod attinet *usum antimonii*, crudum internè adhibitum nullam habet efficaciam, nec vomendo, nec purgando. Sunt quidam Neoterici, qui ♂ crudum ad gr. iij commendant ad epilepsiam, imprimis si aliis ♃antibus sit appropriatis admixta: Alii decoquunt ♂ crudum in decoctis sudoriferis pro cura luis Venereæ, quale decoctum in nodulo ligato habet *BORELLUS* & *ZWELFFERUS*: Brutis ♂ crudum aliquot vicibus propinatum, eorum sanguinem purificat; unde porcellis leprosis communiter cum pastu propinatur ad ʒß cum fructu; quod jam suo tempore observavit *BASILIUS VALENTINUS*: Moderni in *Ephemer. Gallicis* experimentum fecêre in equis & porcis, quos usu antimonii crudi pinguefecêre.

Accedamus nunc ad Antimonii Præparationes, inter quas primum locum obtinet *Calcinatio*: Hæc *fit vel per se, vel cum aliis. Per se fit Calcinatio*, quando ♂ selectum striatum (quæ tamen striæ sunt à ♃e externo) grosso modò pulverisatum calcinatur in scutella argillacea ampla, super carbones ignitos, ita, ut successivè ♃ copiosum exhalet, & ♂ in forma pulveris grysei remaneat. Quod in tali calcinatione exhalet ♃, inde patet, quod reperiuntur copiosa & candidissimi Antimonii flores in collo camini. *In hac Calcinatione* Antimonii quædam *notandæ* sunt *encheirises*.

1. *Ut Antimonium in crucibulo continuè spatulâ ferreâ agitetur, ne coalescat & fundatur* (es fließet zusammen) sic namqe nunquam calcinabitur. Calcinatio hæc tamdiu continuetur, donec nil fumi amplius exsurgat: ubi autem ♂ jam calcinatum est, tunc novum illi superaddi potest ♂ pulverisatum, & calcinari denuò sine ullo fusionis metu; sic enim unum alterum impedit, ne possit liquescere; calcinatum quippe non liquescit propter præsentiam Antimonii crudi; postea iterum aliquid antimonii crudi addatur, & ita continuetur. Signum perfectæ calcinationis est, quando particulæ antimonii immisso baculo ferreo non amplius fumum de se spargunt; quod remanet est calx antimonii, i.e. sulphur internum antimonii. Præter hanc calcinationem superiùs memini *Calcinationis per radios solares institutæ*, & omnes consentiunt, quod gravius fiat ex hac per ☉em calcinatione, quàm communi modo calcinatum. Antimonium quoque per ☉em *calcinatum fit blandum vomitorium ac diaphoreticum*, quod *BARTHOLETUS* vocat Bezoardicum stupendarum vitium.
2. *In hac Calcinatione antimonii* (imò in omnibus ejus præparationibus) *vitandus est fumus antimonii*, quia corrosivus & sordibus ☾☾calibus imprægnatus est, unde nocet valdoperè laborantibus. Hoc *ut evitetur, assumendum est ante præparationem butyrum cum pane; hujus enim pinguedo temperat vim corrosivam fumi antimonialis: Sic quoque radix zedoariæ in ipso labore masticata, malignitatem antimonii solet coërcere.*

Per se quoque calcinatur antimonium, ut fiat vitrum; si scilicet hoc ♂ prius calcinatum in crucibulo spatio quadrantis vel dimidiæ horæ forti igne fundatur, donec totum purum appareat; post fusionem crucibulum eximatur, & postmodum effundatur in patellam aut porphyritidem, aut tabulam cupream, tunc concrescit in loco frigido in vitrum hyacinthinum; interdum rubicundum. Pro fusione facilitanda Matthiolus aliquid antimonii crudi addit: rectè autem monet Schrœderus, quod pelluciditas hac ratione depravetur. Vitrum quoque antimonii ex antimonio crudo, aut hujus regulo, conflatur. Calx autem antimonii ultra unum vel ultra duos ♂ non asservandum, sed mox in vitrum fundenda; ab ♎e enim ita immutatur, ut in vitrum diaphanum & splendidum redigi nequeat. Hîc autem observanda temporis tum quantitas, tum qualitas: *Quantitas*, ut sufficienter fluat antimonium; quod cognoscendum, si intruso baculo ferreo in massam fluidam non amplius fumet, illud-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0473-0 DFG

illudque, quod ipsi adhæret, sit perspicuum ac clarum, tunc enim sufficit fusio pro vitro antimonii; si non, ulteriùs continuetur fusio, quin etiam borrace addito promoveatur fluiditas vitri antimonii: *Qualitas* observetur, *ut dies in hanc rem eligatur serenus*; sic enim vitrum pellucidum & elegantis evadit coloris: id quod non tantùm in vitrificatione; sed etiam in aliis antimonii præparationibus probè observandum, nempe in præparatione reguli, ♎atione antimonii, &c. Diaphaneitatem maximè juvat, si antimonio fluenti injiciatur aliquid sulphuris citrini frustulatim, ut in præparatione nitri tabulati seu sulphurati fieri solet, sic ☿ mox deputatur, ejusque color rubicundus exaltatur: Schrœderus adjectionem borracis commendat, quâ tamen vitrum non fit hyacinthinum, sed flavum: Quidam ☌☌ addunt, quod recte rejicit Schrœderus pag. 423. Num. 4. Alias *si antimonium fundatur* cum additione alicujus, v. g. *cum duplo aut quadruplo borracis Venetæ*, *facilè* emergit antimonii vitrum colore flavo; quale etiam ♃ vitæ per se, item caput mortuum butyri antimonii, forti igne in crucibulo fusa suggerunt: Vid. *WILLISIUS Pharmac. Ration. P. 1. pag. 62.* Imò, si cum octuplo borracis calcinetur ♁, vel vitrum aliàs antimonii, exsurgit vitrum smaragdinum.

Vitrum hoc in substantia minus tutò usurpari potest, propter vim vomendi nimis vehementem, dum subinde grana ij vel iij sufficiunt pro hypercathartsi lethali: Ob id *in Infuso melius in usum vocatur*, & quidem vix crudum, quin potiùs correctum. *Corrigitur* autem *vitrum antimonii* imprimis per acida; si enim vitrum antimonii pulverisatum sæpiùs imbibatur aceto destillato, aut spiritu vitrioli vel nitri, exinde cicuratur, ut aut cathartcticum, aut blandum vomitorium evadat. Idem fit, si cum spiritu ☋is misceatur: Nam si aliquot unciis affundatur ∽☋is ad eminentiam digiti prodit beneficio △ liquor crassus, qui nihil aliud est, quàm butyrum antimonii, quod per affusionem ▽æ dat pulverem, qui ad grana iij l. jv. propinari potest. *Optima* est *Correctio*, quando vitrum antimonii pulverisatum acetô vini extrahitur in menstruum rubrum; quo decantato remanet ♁, cui affundatur ▽, digerantur aliquandiu, & ∽ vini deflagretur super materiam, quæ in regulum seu vitrum △ beneficiô cogenda, sic retinet vitrum antimonii vim blandam vomitoriam. Quidam etiam præparant vitrum ex ☉: & antimonio compositum, quod vocant *vitrum antimonii* ☉*are*, quod cum encheirisibus describit *ZWELFFERUS Mantissæ spagyr. pag. 363. Vitra antimonii optima dant Infusa vomitoria cum vino*; hæc enim sunt potentissima remedia in morbis chronicis. Si itaque justo tempore & modo in usum vocetur vitrum antimonii, eximios in variis affectibus præstat usus: In substantia tamen non turò exhibetur, sed potiùs in vino infunditur. Modi *infusorum* ♁alium sunt varii. Notus est *Calix Rulandi*, qui fit ex ligno juniperino, cui implicatur pix, & huic ♃ vitri antimonii: huic si affundatur ▽ spirituosa vel vinosa (calida autem sint) vim vomendi ex antimonio attrahunt, ubi non ita attendenda dosis solvendi, quàm solventis. Pertinet huc *annulus vomitorius* ex particulis reguli antimonii annulo inclusis, qui vino vel alii liquori immissus, egregium dat Infusum vomitorium, qui annulus vel mille infusus, nunquam suâ virtute privatur.

Rigorosa nimis *HELMONTII* de usu ♁alium animadversio est, qui dicit, quod, quamdiu ♁ vomitum creet, non sit boni viri remedium. Cui enim vomitoriorum certis in casibus non perspecta necessitas? de multijuga ut taceam purgantium, justo tempore adhibitorum, utilitate. Neminem item latet, quàm *difficile* sit *antimonium eò deducere, ut per inferiora saltem purget*; & utut quidam magnam adhibuerunt in hujus elaboratione operam, optato tamen defraudati sunt effectu. Ratio est hæc, quia virtus purgandi consistit in sulphure antimonii non nimis volatili; quod dum figimus, evadit diaphoreticum; & quo magis figitur, eò magis per diaphoresin agit; quo minus, eò magis purgat. In his enim medium invenire quia difficile, hinc rarus processus antimonii per inferiora tantùm purgantis. Certum autem est, quod purgantia vegetabilium relinquant multa intacta, quæ ♁ postmodum expurgat, in specie in morbis Melancholicis & aliis chronicis.

Cum aliis etiam calcinatur ♁, imprimis cum *nitro* & *tartaro*. Sic *si antimonii & nitri ana in crucibulo detonentur, acquiritur* massa ad rubedinem vergens, dicta *Hepar antimonii*, ▽ *calidâ* edulcoranda. In hac detonatione ♃ antimonii inflammatur, ☉ hoc cum ♃e antimonii figitur in alcali, & illud *alcali elicit* hoc ♃ *antimonii*, unde materiæ hujus rubedo. Hoc hepar antimonii si solvatur in ▽ communi, dilabi sinit ad fundum pulverem obscurè flavescentem, qui dicitur vulgò *Crocus metallorum*. Crocus *dicitur* ratione coloris; Metallorum, quia ex *antimonio* (*quodomnium quasi metallorum est mater*) oritur. Hic crocus antimonii cum ana nitri factus, est *verus Crocus Metallorum Rulandi*, utut etiam alii dubitent, tamen vera est ejus præparatio: mitiùs operatur, quàm vitrum antimonii, licèt non destituatur suâ malignitate. Citior & felicior est operatio, si recipiantur *antimonii, nitri* & ♃*i* ana: sic *Hepar antimonii* acquiritur optimum, propter tartarum, qui figit vim antimonii cathartcticam. Quidam loco ♃i vel nitri sumunt ☋ absinthii, ut *MYNSICHTHIUS*, unde *Crocus Metallorum Absinthiacus*; sed frustrà: quoad enim hujus usum, ☋ia fixa urinosa omnia sunt ejusdem naturæ, ejusdemque effectus; tutiùs tamen in usum Medicum vocari potest. *BARTHOLETUS Tractatu de Respiratione, mentionem facit Croci Antimonii sublimatione facti, qui, Moschi odorem referat, & cum spiritu vini* radicaliter *solutus, atque* ad ☽i propinatus, *egregium sit purgans per inferiora*, sine ullius vomitionis metu. Nemo offendatur, quod *BARTHOLETUS* dixit, hunc Crocum Moschi referre odorem: Nam *FINCKIUS in suo Encheiridio Chymico* fecit flores antimonii, similis odoris.

Hic *Crocus Metallorum*, *si in Infuso propinatur*, *vomitus ciet*, mitiùs tamen quàm vitrum. Ut tamen corrigatur, optimus est modus *LOCATELLI*, qui recipit *crocum metallorum*, cui affundit ▽, digerit aliquamdiu, & tandem deflagrat ▽. Hæc sanè *correctio* est *optima*: nam in ea partes volatiliores croci insensibiliter disperguntur, & cum ▽ avolant, remanentibus fixioribus. *Vitrum & crocus antimonii sunt basis Infusi vomitorii*, sive cum vino, sive cum oxymelite, sive cum aliis instituatur. Hîc tamen observandum, quod dicit *VVALÆUS*, *in præscribendis Infusis antimonialibus non attendendam esse subjecti solvendi dosin, sed solventis seu liquoris; vis enim antimonii est inexhausta.* Pertinet huc *sapa vomitoria Tilemanni & Sylvii*: Recipiunt

piunt *succum cydoniorum* vel *mustum* recens, infundunt huic *vitrum antimonii*, post filtrationem inspissant ad consistentiam mellis, de quo ad grana aliquot cum successu exhibent. Aliàs *infusa ♂alia in oculorum affectibus sunt optima remedia*, v. g. vitrum, hepar aut crocus antimonii in ▽ florum cyani, cichorii, euphrasiæ, &c. dant ophthalmicum optimum. Alii præferunt ⊛ butyri antimonii pulverisatum, quod infundunt in ▽ quadam ophthalmica, & adhibent feliciter.

Quod attinet *regulum antimonii*, *miraculosissimum subjectum* à *BASILIO VALENTINO* dictus est. Ille regulus *nihil aliud est*, *quàm nobilior pars antimonii metallis* cognata, *seu est Mercurius antimonii concentratus & collectus*, qui separatis scoriis in calice fusorio fundum petit: Vid. *ANGELUS SALA Anatom. Antimon. P. 2. cap. 1. ita tamen*, *ut adhuc sufficiente suo gaudeat sulphure.* Et cùm iste Mercurius antimonii sit naturæ ♄inæ, propterea regulus antimonii erit quasi imperfectum ♄: nam *BASILIUS VALENTINUS* cum ⊖e ♄i (uti alibi dictum) parat ex regulo perfectum saturnum. *Fundamentum præparationis reguli antimonii* consistit in hoc, ut sequestretur superfluum sulphur antimonii per addita alcalia ☿i & nitri, ut, hoc separato, pars metallica Mercurialis possit congregari in unum concretum, nempe regulum. *Hoc*, ceu dictum, *fit per alcalia*, quæ intimè cum sulphuribus metallorum se conjungunt, conveniunt namque in radice cum sulphuribus) unde hæc saturata antimonii sulphure, alcali arripit sulphur antimonii, & regulum seu Mercurialem partem intactam ad fundum dimittit, & tunc lixivium illud ⊽ari potest cum aceto in *sulphur antimonii*, ⊙*atum* dictum. *Regulus antimonii* est vel simplex vel compositus. *Simplex* fit communiter hoc modo.

℞. ♂ij,
☉i
♀i, ana part. æqv.

Detonentur simul in crucibulo: massa tamdiu detineatur, donec perfectè fluat, tunc effundatur in *calicem fusorium* calefactum & *sevo* prius *inunctum*, & in fundo se sistet regulus, calicem inter fusionem aliquomodo agitando; qui à scoriis separatus, &, si adhuc impurior videatur, pulverisetur, & vel solus, vel cum dimidia sui parte *nitri & ☿i* denuò fundatur, ac prædicto modo procedatur.

Detonatio hæc est eadem actio, ac est vis sclopetans pulveris pyrii. Nam uti in pulvere pyrio est ☉, sulphur, & alcali carbonum, quæ conjuncta incensa fragorem excitant; *ita* hîc habetur sulphur antimonii, nitrum, & alcali in sale tartari; quæ tria exhibent istam detonationem. Sub ista autem regulum ingredientiũ detonatione ☉ & ♀ comburuntur in *alcalia*, quæ *prout sunt acria, corrodunt* ♢ *antimonii, quo absorpto regulus* præsens *in fundo coni fusorii se sistit. Scoriæ*, quæ in suprema parte reperiuntur, *sunt nihil aliud quàm alcalia*, ♢*e antimonii tincta & saturata.*

Compendiosiùs quidam parant regulum, miscendo vel solum ⊖♀, vel *sal alcali* cum *antimonio*, quæ in calcinatione rodunt ♂ per separationem sulphuris antimonii. Verùm *hæc salia* sunt nimis caustica & corrosiva, & *nimis imbibunt de sulphure antimonii*, ut in præparatione reguli non tantùm omne absumant sulphur antimonii, sed & (nondum scilicet saturata) ipsum quoque regulum suo spoliant ♢e; unde, ne hoc fiat, sunt qui addunt pulverem carbonum, ne ⊖ia (nitrum scilicet & ♀) nimis promptè arripiant ♢, sed arripiant simul ♢ carbonum, & ita *major acquiritur & efficacior reguli copia*: sic v. g.

℞. ♂ij ℔ iij.
☉i
♀i à ℔ jß
pulv. carbon. ℔ jv ß.

Ex his more consueto præparatur regulus ponderosior & copiosior ob dictam rationem, utut hic regulus sit feculentior & impurior reliquo, communi modo præparato.

Dixi, quod *alcalia rodant sulphur*, non tantum antimonii, sed & *carbonum*: hac ratione notum fit, acquiri posse ♢ carbonum inflammabile, v. g.

℞. *Carbones* frustulatim incisi.

Fundantur cum ⊖♀, postmodum dissolvantur in ▽, unde hoc alcali imbibit ♢ carbonum, quod beneficio *aceti destillati* ⊽atur ad fundum.

Hoc *sulphur carbonum interdum acquiritur inflammabile, interdum minus inflammabile. Ratio* est hæc, quando ♢ carbonum cum aceto nimis acri ⊽atur, privatur inflammabilitate, quia nimis fixatur ejus volatilitas; sin verò ✢ minus acre adhibeatur, retinet inflammabilitatem suam.

De regulo beneficio carbonum vid. *ZWELFERUS. Modus* est hic:

℞. ♂ij *pulveris.* qu. v.

Inf ndatur in crucibulum cum justa *pulveris carbonum* quantitate, fundantur unà; sic fiet, ut alcali carbonum rodat ♂, suoque spoliet imbibendo ♢e, quo absorpto, exoritur regulus in fundo; cujus scoriæ mistæ denuò cum *pulvere carbonum*, exhibent regulum: sed quia istud alcali carbonum saturatum est quodammodo ♢e proprii corporis, *ideò* non adeò promptè nec adeò copiosè absorbet ♢ antimonii, unde copiosus quidem regulus, sed impurior & minus defecatus acquiritur.

Alii præparant regulum antimonii *cum pice vel colophonio*; scilicet

℞. *Colophon.*
♂ij à part. æqv.

(vel uti alii volunt ♂ij p. iij. & *colophon.* p. ij) Fundantur in crucibulo, sic copiosè satis & nitidus acquiritur regulus:

Ratio copiosi & nitidi acquisiti reguli est hæc, quia *in communibus reguli antimonii præparationibus parte* ♢*is antimonii volatilior partem Mercurii antimonii simul absumit, & sic paucus acquiritur regulus*; in hac verò *pinguedo colophonii imbibit cognatum sibi sulphur antimonii*, unde fit, ut pars metallica antimonii in regulum secedat.

Aliàs etiam *solum antimonium probè calcinatum, & ♢e separatum, sine additione aliorum vi ignis abit in regulum.* Sed, uti dixi, ♂ debet esse probè calcinatum.

Et hi sunt simplices reguli antimonii. Sequuntur *compositi reguli antimonii*, quando unum vel alterum metallum additur, & simul detonantur: imprimis *notissimi sunt reguli antimonii Martialis, Jovialis, solaris*, &c. In cujuscunque præparatione quædam encheirises probè sunt notandæ; nempe *antimonium & Mars non possunt benè simul fundi*: nam ♂ facillimè, Mars verò difficulter, in igne funditur, quin potiùs diu satis candescit, quàm funditur. *Ut autem regulus fiat legitimus, prius immittatur igni Martis limatura*, vel aliud corpus Martis, hoc ad ℔ß vel ℥viij probè in crucibulo candefiat ad summum usque gradum: huic *tandem permisceatur antimonium pulverisatum* ad ℥xvj vel xviij, aliis tamen ℥xij: *Ha duo fundantur simul, ut abeant in unam massam ignaucto.* Ratio hujus conjunctionis est, quia sulphu

Martis cognatum est in radice cum sulphure antimonii, unde se uniunt: huic deinde massæ fluenti immittatur ☉ *pulverisatum calefactum*, (quod notandum) ad ℥jv vel v, vel *nitri* & ♀i à ℥ij l. ℥iiß, per vices injiciendum denuò, quando strepitus cessaverint; ita erumpente flammâ funditur contenta massa, quæ forti igne ultra horæ quadrantem in fluore detineatur in regulum; citò autem postmodum hæc massa fundenda in conum fusorium, aliàs scoriæ in densam abeunt crustam, quæ fusionem impedit. Hic *regulus Martialis*, si non fuerit probè purgatus, semel vel bis, imò tertia vice, cum dicta nitri quantitate iterum est fundendus, ut politus & elegans stellaque conspectior fiat.

Proregulo antimonii Joviali:
℞. *Reg.* ♂ij l. ♂ij *crudi*
♃is, à part. æqu.

Fundantur in massam nigricantem, quæ postmodum *cum nitro in regulum ferè argenteum* redigitur, pro antihectico Poterii necessarium.

Pro regulo antimonii solari fundatur aurum cum p. jv. vel sextuplo antimonii, sic regulus in fundo residebit, qui à scoriis separandus & si forsan aliquid auri in scoriis relinquatur, addatur his *pars dimidia antimonii crudi*, iterum fundatur, addendo, cùm fluxerint, *parum limaturæ Martis*, & in regulum effundatur.

Simili modo etiam potest fieri *regulus antimonii* ♑*ris*, aut ex pluribus metallis compositus, qui vulgò *Electrum Majus* dicitur.

Scoriæ, quæ in regulorum præparatione in superficie coni fusorii reperiuntur, *nihil aliud sunt, quàm alcalia*, qua absorpserunt ♃ antimonii. Jam *ut ex his scoriis separetur sulphur antimonii, necesse est, ut solutis scoriis in aqua* calida, *affundantur acida*, in specie ✠ destillatum. Hoc tamen notandum, quod *prima scoriarum solutio cum aceto præcipitata det sulphur antimonii auratum obscuri coloris: quod purgat per secessum*, & non fit inflammabile propter ☋ia acida adjuncta: *altera & sequentes præcipitationes exhibent sulphur magis fixum; & si* ab *ultimæ* ♒*ationis certo modo instituta*, ♃*e spiritus vini deflagretur, optimum est diaphoreticum, & epilepticum, quod dicitur pulvis epilepticus* ♂*alis.* Huic scoriarum solutioni, si affundatur ∽ vitrioli vel nitri, horrendum *excitabit fœtorem*, & sulphur acquiritur magis diaphoreticum; cùm notum sit, quod *acida corrigant vim antimonialium catharticam.*

Solutio *scoriarum reguli*, aliàs *Lixivium* dictum, insigniter *prodest in mensium obstructione*, si suffitus formâ in Genitalia excipiatur. Hinc *idem lixivium est egregium in lotionibus ulcerum cacoëtheorum*, quæ purificat, & sordes abstergit; unde commendatum sibi habeant chirurgi: nam *in ea parte, ubi gangræna incipit affligere, mirè prodest*, si pars totaliter affecta immittitur semel bis vel ter tali lixivio, tunc extrahi dicunt materiam crassam, quâ extractâ, partem pristinam sanitatem recuperare. *In scabie ab acido* quoque *prodest.* Sed *notandum*, nequid addatur acidi, aliàs cuti imprimet maculas flavas satis diuturnas. Sic quoque commendatur *in clysteribus pro fecibus alvi emolliendis*, nec est infrequentis usus.

Antimonii diaphoretici eadem est præparatio, quæ croci metallorum. Funditur autem ♂ cum tripla nitri portione, & figitur in medicamentum diaphoreticum: Vid. *SCHROEDERUS, ZWELFFERUS* aliique. *Differentia* tamen est in eo, quod in præparatione croci metallorum sumatur anatica portio; in antimonii verò diaphoretici tripla nitri, & una pars antimonii; sic enim fit, ut figatur ♂, unde amittit vim catharcticam, & fit, diaphoreticum: massa fusa (processum vulgatem præsuppono) solvitur in ▽, in qua ♂ in forma pulveris fundum petit, ☉ verò ▽æ permiscetur.

Hoc *antimonium diaphoreticum*, si steterit aliquandiu, interdum emeticum fit: quatenus nempè sub præparatione sulphur antimonii ab acido nitri non perfectè imbibitur, adeò, ut textura sulphuris ♂alis cum substantia regulina denuò emergat & quasi revivificetur. Hoc autem ne fiat, quædam observandæ sunt encheirises:

1. Paretur ♂ diaphoreticum non tam ex crudo antimonio, quàm ex regulo antimonii; sic enim nunquam timendi vomitus, quia sulphur antimonii sub reguli præparatione per alcali nitri ♀i scoriarum formâ sequestratur, sicquè revivificari non potest.
2. Post paratum antimonium diaphoreticum probè eluendum est ▽ calidâ, ut omne nitrum separetur: postmodum affundatur spiritus vini, quo cum digeratur, & tandem super antimonium diaphoreticum deflagretur; sic optimum evadet medicamentum.

Antimonium diaphoreticum ex regulo antimonii paratum alio nomine *dicitur cerussa* ♂*alis*, quæ præter vim diaphoreticam salivationem movere dicitur; quæ salivatio Mercurium assumptum aliàs subsequi solet.

Dum calcinatur ita ♂ cum nitri triplo, tunc ☉ *in igne deflagrando dimittit suum spiritum*; unde *quidam præparant antimonium diaphoreticum in retorta tubulata*, in quam ingredientia cochleatim immittuntur: *sic* enim candefacta retorta calcinatur, & *figitur* ♂ in diaphoreticum medicamentum, *& nitri spiritus capitur in receptaculo apposito, cum quo transit simul aliquid de sulphure antimonii*, ut sit ∽ clyssiformis: massa exempta solvitur in ▽, eluitur ut suprà, & servatur.

Aqua, in qua massa antimonii diaphoretici soluta, dat nitrum antimoniatum duplex: nam maxima pars abit in crystallos ☋sas amaricantes; pars quædam in crystallos nitriformes: in fundo autem remanet crassior materia, quæ est alcali, in medico foro parum, in alchymico verò plus utilitatis referens.

Usus antimonii diaphoretici est insignis. *Dosis à* ℈ß *ad* ℈j, *vel etiam* ʒß *in malignis morbis, petechiis*, &c. *item in febribus intermittentibus*, in quibus plus confert, quàm specificum febrifugum Strobelbergeri aut Crollii, imprimis cum ☋e ammoniaco si propinetur; unde cùm acidum destruat, feliciter quoque in pleuritide, erysipelate, & morbis à grumoso sanguine ortis, item *in soda ructibusque* commodè adhibetur: porrò *in scabie*, ut & *in lue Venerea* ♂ diaphoreticum non est contemnendum remedium. *Nitrum* verò *antimoniatum*, de quo anteà, *in febribus ardentibus, tàm benignis quàm malignis*, in mensura cerevisiæ aut alius potus ad ℥j vel ℥ij; per se verò ad ℈j, non sine fructu adhibetur.

Unum adhuc moneo: quod *si lixivio in quo soluta massa antimonii diaphoretici inspergatur acetũ destillatũ, præcipitabitur pulvis, qui dicitur magisterum antimonii*, cujus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0476-8 DFG

cujus dimidia dosis plus valet, quam integra antimonii diaphoretici.

Ex regulo antimonii cum additis aliis Metallicis variæ exsurgunt compositiones: v. g. Regulus antimonii cum Jove dat *Antihecticum Poterii.* Proceditur legitimè hoc modo (nam descriptio *POTERII* non procedit)

℞. ♃is part. v.
Reg. ♄ii part. jv.

Fundantur in crucibulo: posteà detonentur cum triplo nitri per integram horam, ut omne sulphur inflammabile separetur, fiatque album; communiter cœruleſcit, sed malè; hic enim color cæruleus oritur à ♁e Jovis nondum fixato, quod tamen levi encheirisi in igne separandum. Prodest in hectica, affectibus uteri, purpura, febribus ardentibus & malignis.

Antimonium diaphoreticum anticachecticum fit ex *Marte*, & ana *antimonii*: vulgò ex regulo antimonii; sed malè: v. g.

℞. *limat.* ♂*is*,
♄*ij crudi* à part. æqv.

Misceantur hæc, & cum triplo *nitri* fundantur, calcinenturque per integram horam: tandem hæc solvantur in ▽ *communi*, & pulvis anticachecticus fundum petit: *Valet in ictero, cachexia virginum, & scabie:* Vid. *LUDOVICI Pharmac. pag.* 330. & *M. A. N. C. Ann.* 8. *pag.* 108.

Cremor ex hoc medicamento miscetur cum ana *Mercurii* ≏*ati*, & fit liquor instar butyri antimonii.

Caput mortuum hujus solvitur in ▽ *communi*, fitque viridis & acidula, potestque loco acidularum artificialium substitui; constat enim ex antimonio & marte, à spiritu ⊖is corrosis; unde viridis color à Marte, aciditas à spiritu ⊖is, & optima sunt medicamenta.

Et hæc de calcinatione antimonii: Jam sequitur *sublimatio antimonii.*

Sublimatur ♄ tùm per se, tùm cum ⊖e ammoniaco, in flores, sive in cucurbita cum multis alembicis sibi invicem applicatis, sive in cucurbita tubulata. Omne artificium consistit in legitimo △ regimine, qui, si debilior fuerit, non ≏antur flores; si intensior, funditur massa, & nihil dat florum; unde præstat per cucurbitam tubulatam, aut cum triplo ∴æ, miscere ♄ pulverisatum, ut impediatur ejus colliquatio; sic enim ≏abitur totum ♄ in flores, ita ut nullum ⓡ remaneat, nisi ∴ addita: & quidem *in summo* adhærent *flores albi*, qui admodum maligni; *in medio flavi*; *in infima* alembici parte rubri, qui sunt salubriores, quia fixiores: Vid. *SCHROEDERUS Pharmac. l.* 3. *pag.* 431. *ZVVELFFERUS mantissa spagyr. P.* 2. *cap.* 8. *pag.* 365. *KESLERUS Centur.* 1. *pag.* 40. Hi flores cùm sint partes volatiles antimonii, non sine noxa assumuntur, in specie flores albi; propterea corrigendi sunt per acida, utialiàs corriguntur omnia ⊖ia volatilia. Constant flores antimonii ex parte ♁ea, quæ secum abstulit partem Mercurialem, parte ⊖inâ alcalicâ in fundo relictâ; unde cum ⊖♀, vel alio alcali fixo, & nitro, in pristinum antimonii corpus reduci possunt. Est ergò palliativa tantùm præparatio.

Isti flores; qui ≏antur per ⊖✶, si cum singulari instituatur instrumento & encheirisi ≏atio, fit ut simul cum albis & flavis etiam rubri acquirantur, qui sunt optimi in cachexia, aliisque quamplurimis affectibus. Dosis est à gran. viij ad xij. per diaphoresin saltem operantur. *Dicuntur hi flores antimonii rubri Tinctura antimonii sicca*, qua feliciter usus fuit D. *GRAMANNUS, Practicus Hallensis.* Apud *PARACELSUM*, ejusque sectatoribus, mentio fit *florum antimonii Cheiri*, à colore florum cheiri ita appellatorum, qui *nihil aliud sunt, quàm flores ex antimonii regulo sæpiùs sublimati, atque fixati, ut in flavos & rubros ita abeant flores:* de quibus vid. *BASILIUS VALENTINUS.* Ex hisce floribus rubis cum ⊖e ammoniaco sublimatis fit quoque Tinctura illa antimonii, Lilium antimonii dicta: de cujus virtutibus vid. *PARACELSUS* & *HARTMANNUS. FINCKIUS l. a. flores antimonii moschum redolentes* ≏at, ex parte; unâ *sulphuris antimonii* ⊙*ati*, & ⊖✶*ci* part. iij. qui ▽ *calidâ* edulcorandi, & ▽ ab iis aliquoties cohobandus. Maximè commendat in affectibus melancholicis.

Ordine nunc proponam destillata ♄alia. *Destillatur* autem *antimonium vel per se, vel cum aliis*, ipsi loco vehiculi inservientibus. Per se destillatur minera antimonii nondum ignem experta, ex retorta in liquorem seu spiritum acidum, paucum, & vix consideratione dignum, utut in Medicina perutilem; unde tædiosa est hæc destillatio. Vocatur aliis hic ∽ *acetum antimonii, estque nihil aliud, quàm fœtus sulphuris antimonii, seu est nihil aliud, quàm spiritus sulphuris acidus mineralis*; quantum incendi & destillari potest. Dixi, quod *ex minera antimonii nondum ignem experta destilletur hoc acetum antimonii*: in calcinatione enim perit hic ∽ acidus. *Semel destillatus hic spiritus, novæ iterum mineræ affundendus est*, digerendus aliquamdiu, & denuò destillandus; *sic copiosior & acidior acquiritur spiritus*, hocque repetendum, quamdiu placuerit. Notandum, quod pro hujus ∽ seu aceti antimonii destillatione carbones vegetabilium non sufficiant, sed fossiles requirantur. In ≏atione antimonii per se per alembicum rostratum etiam hujus aceti aliqua quantitas colligitur: Vid. *POPPIUS in Basil. antimonii. Alii sine forti igne parant spiritum hunc*, dum mineram antimonii candefactam extinguunt in ▽, idque aliquoties repetunt, donec tandem exinde fiat ▽ acidula, quæ dephlegmata ∽ antimonii exhibet parum. Juxta descriptionem *BASILII VALENTINI mineræ antimonii levigatæ* ℔vj, *aquæ pluvialis destillatæ* ℔xjv affunduntur, quæ in vase clauso tamdiu digeruntur; donec minera effervescat, & in superficie ▽æ spuma appareat qua apparente ▽ *affusa* destillatur, quæ acidula est: imò ▽ *communi sublatâ*, aucto igne substantiæ ♄alis aliquid simul ≏abitur: Hoc capiti mortuo iterum admiscetur, ▽ *prior* reaffunditur, & cohobatio toties repetenda, donec ▽ instar aceti destillati prodeat; quæ *novæ mineræ* reaffunditur, & labor illis circumstantiis absolvitur, quales *KERKRINGIUS in notis ad Basilii Valentini currum triumphalem* annotavit.

Usus aceti antimonii est satis amplus: commendatur *in febribus malignis ad æstum febrilem compescendum*, item *ad lumbricos enecandos*: sed tamen *loco menstrui universalis adhiberi nequit*, uti quidam volunt. Error exinde ortum traxit, quod putarint, ♄ esse omnium metallorum radicem, unde exinde menstruum universale elicere voluêre; sed falsò. Nihilominus *est optimum menstruum pro Tinctura antimonii*, in specie ex vitro antimonii hyacinthino extrahenda: Nam canon Chymicorum dicit, quod menstruum cujusque proprium meliùs extrahat penetrerque in sui

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0477-3 DFG

ipsius substantiam propter convenientiam in radice, & orta particularum menstrui cum porulis solvendis proportione.

Hæc fuit destillatio antimonii per se.

Cum aliis quoque destillatur antimonium, nempe cum iis, quæ corpus antimonii corrodunt, resolvunt, & resolutum unà, dum per ignem adscendunt, secum rapiunt, & ita per retortam ♂ vehitur. Modus communis est, quando saccharum additur; hoc enim destillatione dat spiritum acidum, qui rodit & secum vehit ♂, unde oritur *spiritus antimonii saccharatus.*

Pertinet huc *oleum antimonii mellitum*, si ♂ miscetur cum melle & destillatur (quod notandum) lento igne; aliàs enim tàm saccharum quàm mel ebullit, & cum impetu in receptaculum proruit; unde labor est frustraneus. *Usus* horum *est chirurgicus, & externè in ulceribus carnem luxuriantem absumunt*; hinc quoque ulcera cacoëthea optimè mundificant. Plura videbitis apud *BASILIUM VALENTINUM*, & *SCHROEDERUM.*

Quidam ♂ pulverisatum cum pane mistum destillant per retortam, *& spiritum antiepilepticum* acquirunt optimum. Ratio est, quia *panis dat spiritum acidum volatilem* (*hic spiritus acidus* præter alios usus chymicos *promptè extrahit tincturam antimonii*, quibusdam in secretis habitam) qui corpus antimonii resolvit sub △ tortura, secumque per retortam rapit.

Destillatur quoque ♂ cum additione ⊖is communis; aut aliorum ex ⊖e communi præparatorum, v. g. cum spiritu ⊖is, aut Mercurio ♎ato. Destillata hæc per Mercurium ♎atum, cùm sint crassa & viscida, vocantur butyrum antimonii, item antimonii ♁ glaciale, item spuma venenatorum draconum, quo nomine ♂ & Mercurius ♎atus venire solent. Operatio est hæc: *Antimonium & Mercurius ♎atus* anaticâ proportione in lapideo mortario exactè miscentur, & ex retorta ampli & longioris colli in ∴, primò igne mediocri, destillantur, ut prodeat butyrum antimonii. Quod si fortè in collo retortæ concrescat, admodum cautè carbone liquefiat: Ubi autem omne butyrum exierit, urgetur △, detur insuper △ suppressorius, ut sublimetur, & in collo retortæ concrescat *cinnabaris antimonii*: Vid. *SCHROEDERUS l. a. l. 3. pag. 409.* & *ZWELFERUS in mantissa Spagyr. pag. 367.*

Fundamentum hujus præparationis est hoc: spir. ⊖is acidus, qui est in Mercurio ♎ato (*constat* enim *Mercurius sublimatus è corpore Mercurii, & spiritu salis concentrato in Mercurio*) ignis beneficio resolutus rodit partem Mercurialem seu metallicam antimonii, & corrosam secum rapit in receptaculum, & cum eo abit in liquorem crassiusculum, odoris summè ♀ei, propter sulphur antimonii resolutum; qui liquor ob formæ convenientiam butyrum antimonii dicitur: Mercurius verò vivus sic à spiritu ⊖is, partem metallicam rodente, derelictus, & ab ejus compedibus liberatus, partim in viva forma cum butyro antimonii prodit, partim conjungit se cum ♀e antimonii, & hæc duo corpora abeunt in tertium demum compositum, cinnabarin antimonii.

Circa hanc tamen præparationem Butyri & ♂ antimonii, notanda sunt quædam encheirises:

1. Quod, si plus ♂ antimonii acquirere volumus, quàm butyri antimonii, sumamus tunc duplum Mercurii ♎ati ad unam antimonii partem; sic totum ♂ transit in butyrum & Cinnabarin: sin verò plus butyri antimonii cupiamus, quàm cinnabaris, tunc anaticam proportionem esse recipiendam; vel capiti mortuo butyri antimonii novum Mercurium ♎atum in sufficienti quantitate esse addendum; sic enim totum antimonii corpus in butyrum abit.
2. Sumendum esse ♂ non striatum, sed magis sulphureum pro majori copia ♁; multum enim diversa antimonii species valet juxta *BOYLE Tentamin. in Physiol. pag. 48.*
3. Mixtura antimonii & ☿♎ti altero statim die destilletur: si verò fluidius butyrum antimonii volumus, massam compositam prius in cellam ad aliquot dies reponendam esse, ut species humectatæ butyrum liquidius exhibeant.
4. Ignis fortissimus mox in pricipio administretur pro majori ♁ quantitate juxta *BEGUINUM*: Confer. *FABER in Univers. Sap. l. 4. Arc. 5.* & *ROLFINCCIUS Chymia l. 5. cap. 6.*
5. Porro, qui in igne suppressionis destillant, recipiant retortam ampli colli; aliàs rumpitur, & butyrum & ♁ abeunt in auras: collum retortæ non sit nimis breve, aliàs pauca vel nulla acquiritur ♁.
6. Mercurius ♎atus sit purus, non verò adulteratus Arsenico. Hic ut meliùs cognoscatur, probatur hoc modo: Mercurio ♎ato affundatur gutta una vel altera olei ♀i per deliquium; si flavescit, est bonus; sin verò nigrescat: Arsenico est adulteratus.

Quæritur: *cujusnam sit natura butyrum antimonii? an Mercurialis, an verò antimonialis? BILLICHIUS; ANGELUS SALA*, aliique statuunt, quod *sit Mercurialis natura*; sed contra rationem. Etenim

1. Potest Butyrum antimonii parari mediantibus solis ⊖ibus, sine additione Mercurii ♎ati: v. g. si loco Mercurii ♎ati recipiatur ∽ salis, & hoc imbibatur ♂ antimonii, potest destillari butyrum antimonii; sed, quod observandum, sine tamen cinnabari, propter defectum Mercurii: Vel si ♂ aut vitrum antimonii misceatur cum nitro & vitriolo, &, ad impediendam nimiam liquescentiam, adjecto pulvere laterino, & destilletur, tunc ∽ ⊖is communis in △ tortura suscitatus rodit antimonii corpus in liquorem crassum, nempe butyrum antimonii. Vel

℞. ♂ *ij.* part. j.
⊖*is decrep.* part. ij.
⊕*lis ad albed. calcin.* part. jv.

Misc. & destillentur per retortam; & acquiritur solum butyrum antimonii, sine cinnabari, propter defectum ☿ij.

2. *Mercurius vitæ*, qui est productum butyri antimonii, *in crucibulo fusus, abit in antiquum corpus antimoniale*, aut in regulum, aut vitrum antimonii. Conf. *TENZELIUS exegef. Sale Ternar. Bezoardicorum, ZWELFFERUS Mantissâ spagyr. pag. 367.* & *BOYLE Chym. Scept. pag. 336.*

Est itaque *butyrum antimonii nihil aliud, quàm regulus antimonii à spiritu salino in liquorem crassiusculum corrosus.* Cur verò ∽ ⊖is relinquat corpus Mercuriale,

tiale, & se conjungat cum antimonio, ratio est, quia *mineralia se libentius cum metallis conjungunt.* Cùm ergò ♂ sit corpus semimetallicum, acida mineralia malunt ejus connubium, quàm Mercurii, quem relinquunt.

Ex præparatis quoque ♂ alibus *parari potest butyrum antimonii*, nempe *ex regulo, ex vitro, ut & ex antimonio diaphoretico*; hac tamen cum differentia, quod si ex regulo antimonii cum Mercurio ♎ato destilletur butyrum antimonii, item si vitrum antimonii, aut ♂ diaphoreticum cum Mercurio ♎ato destilletur, acquirimus quidem butyrum antimonii eò tutius, & benignius, & ex hoc mediante ♒atione Mercurium vitæ; sed nullam Cinnabarin; quoniam in præparatione reguli & antimonii diaphoretici per detonationem, in præparatione vitri antimonii per calcinationem, ♎ omne deflagraverit, ut cum Mercurio in Cinnabarin coire nequeat. Caput mortuum remanens est verus antimonii regulus, quod per repetitam ☿♎ti additionem totum in butyrum destillari potest, nihil autem cinnabaris suppeditans. Loco reguli antimonii simplicis sumi etiam potest compositus, & destillatur butyrum compositum majoris usus in Medicina.

Usus butyri antimonii tùm Chirurgicus tùm Medicus est tàm internus quàm externus. *Externè adhibetur in abscessibus & ulceribus desperatis putridis, & imminente jam gangræna*; commodissimè *adhibetur pro fonticulis excitandis*, si calamus scriptorius applicetur cuti ejusdemque cavitati immittatur butyrum antimonii, & calamus ita commodè convenienterque deligetur; sic enim fit, ut sensim sensimque subjectam cutim & carnem corrodat butyrum antimonii, & in fonticulum transmutet, qui postmodum lege artis est tractandus. *In gangræna, vel potiùs sphacelo, laudandum præstat effectum*; pars quippe mortua butyro hoc illita sponte à via sua secedit; quo facto, locus affectus balsamo sulphuris inungendus, aliaque ulcus purificantia adhibenda. *In* aperiendis, *abscessibus malignis* in specie, ut in *bubonibus & carbunculis pestilentialibus*, in corporibus durioribus adhibitum, mirum præstat auxilium. Illinitur summitati bubonis, unde fit eschara, facilè postmodum aperienda, & convenientibus tractanda remediis: Pro separanda parte mortua à sana circumducatur circulus inter partem sanam & mortuam. Vid. *AGRICOLA Commentar. in Poppium*; ratione enim acidi concentrati impedit ulteriorem progressum. In delicatis verò subjectis buboni applicatur magnes ☾☾calis, exque eo *emplastrum arsenicale*, aperitur inducta eschara, mundificatur & consolidatur.

Componitur autem *magnes arsenicalis* ex ana *antimonii*, *sulphuris* & *arsenici*, in igne ∴ in crucibulo fusis: hæc optimè uniuntur in magnetem ☾☾calem causticum, qui quoque *amuleti instar in morbis malignis, ipsaque peste, adhibetur.*

Internè vix adhibetur butyrum antimonii, ob vim corrosivam ex adjunctis salibus acidis dependentem. Nihilominus fuit quidam, qui in quartana ad guttulas duas cum successu adhibuit: factum enim est, ut quartanarius ter vel quater purgaretur; hoc notato, propinavit gutt. 5. & purgatus, probéque sudans convaluit. Hoc mirandum sanè, quod *butyrum antimonii internè exhibitum non moveat vomitus*: *Ratio* forsan est, quod acida in butyro coërceant vim volatilem in Mercurio vitæ constat enim butyrum antimonii ex antimonii regulo, & spiritu ⊖is concentrato. Quando destillatur butyrum antimonii, vel etiam, quando præcipitatur ☿ vitæ, simul solet progredi ☿ vivus ex ♎ato, quod antimonio additum fuit. Hic oriundus ex butyro antimonii, si leviter evaporet in igne, solet post se relinquere aliquot grana auri, quæ ☿ ex antimonio extraxit; quoniam habet ens primum auri! Hinc sunt quidam, qui docent, qvod ♂ apyrum tingat ☉, colore suo orbatum: vid. *GLAUBERUS*, & *MARCUS MARCI.*

Præparatur ex butyro antimonii pro usu interno tùm *Mercurius vitæ*, tùm *Bezoardicum minerale. Mercurius vitæ* fit, si butyrum antimonii rectificatum infundatur ▽æ communi frigidæ; sic enim liquor anteà limpidus lactescit, & successivè in fundum secedit ♃ albus, per filtrum separandus & edulcorandus, qui communiter ☿ vitæ vocatur, *vomitorium nobilissimum*, utut satis violentum. Quidam ♒ant Mercurium vitæ loco ▽æ communis cum ♀i aut nitri alcalisati liquore, & acquirunt mitius vomitorium. *Injuriam faciunt Mercurio vitæ, qui pro Mercurio mortis eum proclamant*, eo innixi fundamento, quod *butyrum antimonii* sit productum Mercuriale (est enim potiùs *productum antimoniale*, nempe reguli antimonii à spiritu ⊖is concentrato corrosi ac soluti; unde, quando butyrum Antimonii ▽æ infunditur, hæc imbibit partes ⊖inas acidas, quibus separatis, regulus antimonii ad fundum secedit in forma pulveris, supernatante spiritui vitrioli Philosophico. Vid. quæ *supra dixi de butyro antimonii.*

Usus Mercurii vitæ est nobilissimus: In febribus intermittentibus justo tempore exhibitus, insignem navat operam: in affectibus melancholicis, in specie mania, non sine fructu adhibetur: Billichius in partu difficili triduano felicissimum ejus expertus est usum; quem *BILLICHII* morem imitatus est D. D. *GANZLAND*, qui in desperato pariendi conatu eundem summo cum successu adhibuit: Porrò *conveniens est vomitorium in paralysi linguæ*, in difficultate deglutiendi, in apoplexia, (in quibus casibus vel poterit inflari ori, vel unum aut duo grana linguæ imponi) jucundum provocat vomitorium, teste experientiâ. Verbo; *Mercurius vitæ est vomitorium nobilissimum, & facilè omnibus antimonialibus palmam præripit.* Datur ad gr. ij in substantia, in Infuso ad grana v. Infunditur in vino per noctem, manè filtratur & exhibetur ab ℥j ad ℥iß, ad summum ℥ij. Et *tutius* quidem est *in Infuso quàm in substantia exhibere*; cum metuendum sit, ne aliquid plicis ventriculi adhæreat, lethalesque inducat hypercatharses.

Est autem *antimonii*, hinc ☿ *ij vitæ, vis inexhausta*, dum vel millies citra sui immutationem infundi posse dicunt. Sed quæritur, *unde hic in Mercurio vitæ thesaurus?* Dicunt quidem, ♂ operari per actionem radiativam; quod tamen vix percipi potest. Certum verò est, aliquid ab ejus substantia (utut sensibus vix perceptibile) decedere; cùm acor vini subtilissima quædam, adeoque insensibilia ramenta abradat, quorum poris vini aut aceti particulæ iterum se insinuant, unde nullum pondus decedere videtur.

Violentum est vomitorium Mercurius vitæ; sed *mitior evadit, si fiat ex regulo antimonii simplici* vel *Martiali*;

tiali; quia, dum à ⊖ibus calcinatur, ejus sulphur subtile ≏ando maximâ ex parte separatur, & hoc *sulphur volatile antimonii à sulphure fixiori Martis corrigitur*: quin *in tantum potest domari Mercurius vitæ, ut per inferiora tantùm purget*, si scil. ☿ vitæ ex butyro (quod ex regulo antimonii Martiali fuit destillatum) præcipitatur per lixivium ☿i, & postmodum leniter edulcoretur, modò butyrum antimonii ritè fuerit rectificatum: *Sic* quoque *per inferiora tantùm purgat Mercurius vitæ, si ab eodem spiritus vini tartarisatus aliquoties abstrahatur.* Hinc clarum evadit, quod ⊖ia alcalia faciant Mercurium vitæ per inferiora purgantem. Sic, *si nitri ℥iij blando igne fusis adjiciantur ℥ij Mercurii vitæ, evadet catharcticus; si ℥j tantùm Mercurii vitæ, evadet sudoriferus*; sic quoque si sextuplum ∽ nitri abstrahatur à Mercurio vitæ, acquiritur *Bezoardicum minerale, optimum sudoriferum.* Porrò, *si Mercurii dulcis gr. xv. & Mercurii vitæ gr. ij mista probè terantur, fiet purgatio tantùm per inferiora*; quia ∽ acidus in Mercurio dulci figit Mercurium vitæ, ut per inferiora tantùm purget: item, si ☿ vitæ teratur probè cum ⊖e communi, idque aliquoties repetatur, evadit ☿ vitæ mitis, tutumque per inferiora purgans, utpote ab acido ⊖ communis fixatus. Unde *ratio* peti potest, *cur in hydropicis non operetur* ☿ vitæ? etenim ▽ ⊖sa hydropicorum corrigit figitque Mercurium vitæ.

Paratur ex Mercurio vitæ *rosa vitæ mineralis Angeli Salæ*, si scilicet sumatur *essentia santali cum spiritu vini facta*, ad mellis consistentiam inspissata, eidemque addantur guttæ aliquot *olei caryophyllorum*, item aliquot grana *ambræ* atque *Moschi*, tandem admisceatur ☿ *vitæ*, & probè subigatur.

Aqua illa acida, ex qua ⊽andus est ☿ vitæ, si destilletur & à phlegmate separetur, exhibet spiritum acidum, qui vulgò dicitur *spir. vitrioli Philosophicus*, quasi in ≏atione ☿ij aliquid de vitriolo simul adscenderet, quod tamen falsum est: est enim potiùs ∽ salis communis, qui sub destillatione butyri antimonii rosit regulum antimonii, particulis aquosis dilutus, easdem cum hoc habens virtutes.

Bezoardicum minerale fit communiter, si *butyro antimonii* affundatur ∽ *nitri rectificatus* guttatim, donec nulla effervescentia percipiatur, & ♂ flavus ad fundus ⊽atum fuerit, à quo ter per ∴m abstrahendus ∽ *nitri novus* ad siccitatem usque, qui ∽ *nitri Bezoardicus* vocari solet; sicque remanet ♂ fixus, super quem leniter calcinatum ▽, continuò agitando, deflagrandus. Breviùs, *minorique cum apparatu, Bezoardicum minerale* componi potest ex *croco metallorum* per ternam cum *nitro* calcinationem in furno anemio igne forti. Sic quoque, *si croco metallorum sexies spiritus nitri forti igne abstrahitur, fit Bezoardicum conveniens.*

Et hoc est Bezoardicum minerale simplex, quod est optimum remedium sudoriferum in morbis malignis, peste, scabie maligna. In nuperrima peste Neapolitana multorum cum commodo fuit administratum dosis gr. vj ad viij. Notatu dignum est, quod refert *ROSENCREUZERUS*, se curasse nobilem Hydropicum ex potu fontis veneno infecti, cui propinavit dosin Bezoardici mineralis, unde æger eminxit 6. araneas vivas, & pristinæ sanitati fuit restitutus. Sunt & composita Bezoardica mineralia, quæ aliorum metallorum additione fiunt, in specie ☉is, ☽æ, Martis, Jovis, &c. quorum compositiones videri possunt apud *BEGUINUM, CROLLIUM*, &c. In compositione Bezoardici ☉aris & ☽ris notandum, ut recipiatur sol & ☽ ab omni Venere libera; nam si ☉ adhuc participat de Venere, Bezoardicum non erit perfectè diaphoreticum, sed propter admixtam Venerem ciet vomitus, saporemque habebit vitriolicum: e. g. fit *Bezoardicum ☉are*:

℞. *Butyr.* ♂ij ℥jv.
affundatur guttatim
∽ ☾i *rectif.* ℥jv.
addatur
☉*riâ* ♀ *per* ♂ *depurat.* v (in ∽ u ☾i Bezoard. ℥ß ad ℥j. solut.)

Confusa destillentur per retortam ex ∴. ad siccitatem; Residuo ∽ ☾i recentis dimidia pars præter propter affundatur, & abstrahatur, quæ cohobatio cum novo *spiritu nitri* repetatur, ignem ultimò intensiùs urgendo.

ZWELFFERUS IN MANTISSA SPAGYRICA edulcorare jubet; sed malè: quia cum particulis ⊖inis etiam particulæ ☉ares ab his solutæ eluuntur. Potius ergò massa leniter calcinetur, ut partes ⊖inæ, si adhuc hæreant, evaporent.

Eadem ratione etiam *BEZOARDICUM LUNARE* confici potest, solvendo ☽*am depuratam* in ▽ seu *spiritu nitri*: Si ☽ non sufficienter depurata erit, Bezoardicum evadit viridiusculum.

BEZOARDICUM MARTIALE fit ex *scoriis Martis* & *antimonii optimè*: dum ♂ ignitur, additur ♂, & secundum artem funduntur in *scoriis*, *quæ cum* part. ij ☿ ≏*ti destillatæ*, dant *butyrum antimonii martiale*, quod cum *spiritu nitri* more solito mistum, dabit pulverem rubeum, *Bezoardicum antimonii Martiale* dictum; quod sane optimum est *in hydrope & cachexia, & inde orta scabie: item in diarrhæa & dysenteria epidemica*, quam sistit feliciter. Dosis. gr. xvij. l. xviij.

Compendiosiori methodo parari potest, extrahendo è croco Martis cum butyro antimonii ℞m, quæ cum spiritu nitri præcipitetur, abstrahatur, &c.

Bezoardicum Joviale paratur ex *butyro antimonii Joviali*; quod fit ex *regulo antimonii Joviali* cum ana *Mercurii* ≏*ati*, ⊽ando cum *spiritu nitri*. *Regulus* autem *antimonii Jovialis* fit ex part. iij *Reguli antimonii*, & part. j. l. ana partibus æqualibus, *Jovis*. Vid. *SCHROEDERI Pharmac. Medico-Chym.* & *MYNSYCHTHII armament. Chymicum. p.* 414. Melius fit *Bezoardicum Joviale* juxta modum *BEGUINI*.

℞. ♃*is* ℥jv.
☿ ≏*ti* ℔ß,

Ex mistis probè, butyrum destillando eliciatur. Hoc non cum ▽ communi, ut vult *BEGUINUS*, sed cum *spiritu nitri* ⊽atum & fixatum, dat Bezoardicum Joviale; singularissimum in affectibus mulierum. In passione hysterica, in febribus continuis ardentibus, purpura puerperarum alba, in affectibus mammarum exterioribus, ex terrore ortis, in tumoribus earum, item ad impediendum lactis coagulationem, ne abeat in tumores scirrhosos aliosque; item ubi post hæmorrhagiam narium copiosam hydrops aut cachexia metuitur, Bezoardicum antimonii Joviale laudandum est remedium.

Suprà, ubi de destillatione butyri antimonii actum est, dictum fuit, spiritum ⊖is, qui est in Mer-

Mercurio ♎ato, cum parte Mercuriali antimonii in butyrum abire, Mercurium verò cum ♃e antimonii in collo retortæ concrescere in cinnabarin. *Cinnabaris hæc antimonii pro usu Medico aliquoties est sublimanda, ut* perfectè rubescat, & *omnes sordes* ac *superfluum de se ponat Mercurium.* Depurata ita ♁ antimonii est remedium polychrestum, unde constituit basin specifici cephalici D. *MICHAELIS*, Professoris Lipsiensis, vel Pulveris cephalici *HARTMANNI.* Nam *in hoc specifico cephalico omnis energia dependet à cinnabari addita*; Magisteria enim nihil operantur, fecula adjecta ridenda; sed omnis à cinnabari efficacia.

Est hæc cinnabaris singulare remedium pro partibus spermaticis seu nervosis, unde in affectibus convulsivis non habet sibi par remedium. Nam utut de morbis convulsivis à plerisque practicis altum sit silentium, tamen sunt frequentissimi; *omnes* enim *dolores colici, nephritici, abdominis, &c. sunt affectus convulsivi*: de quibus legatur *WILLISIUS* quorum *cura ex solis cinnabarinis petenda est remediis.* Quapropter etiam *CRATO*, felicissimus illetrium Imperatorum Medicus, suo jam tempore vocavit cinnabarin nativam *magnetem epilepsiæ*, quod elogium simili jure cinnabari antimonii debetur, quia cinnabari nativæ non cedit: unde *in tremore manuum*, e. g. aurifabrorum, ex fumis metallicis, *aliisque artuum affectibus, optimum est remedium.* Hic quoque *illis, qui in mineris & metallis laborant, morbosque incurrunt nervosarum partium*, scilicet contracturas, convulsiones, tremores, &c. *vix potest melior exhiberi Medicina*, quàm ex cinnabari antimonii depurata. Porrò *in morbis malignis in febribus malignis, ipsaque peste, non est contemnendum remedium. Poterio* est *sudoriferum antipestilentiale*, à ℞ß ad ℞j adhibendum, quod per sudorem restituit ægros; Unde hoc medicamentum *in febribus malignis* tàm adultorum quàm infantum, in variolis infantum cum epilepsia, & ubi jam ægri delirant, adjunctis ☉ibus volatilibus, in specie C.C. aut succini, optato cum successu adhibuit. Porrò in affectibus senum catarrhalibus capitis aliarumque partium, si recipiantur partes duæ salis volatilis succini cum parte una cinnabaris antimonii exhibeantur, optatus inde sequitur effectus. Gravidis terrore affectis, unde frequentissimè oriuntur abortus; item morbis malignis laborantibus, non tàm ut curentur ipsæ, quàm ut fœtus præservetur ab epilepsia, exhibetur. In lucem posteà editum sæpiùs affligente, magni usus erit medicamentum exhibitum cinnabarinum. In *erysipelate capitis*, affectu periculosissimo (hujus enim levissimus error est lethalis) *cinnabaris antimonii, provocato cum salibus volatilibus sudore, perfectam sui invenit curationem.* Id quoque maximè verum est de *scabie maligna & lue Venerea, imprimis verò scabie maligna, quam* provocato sudore, *Cinnabaris antimonii feliciter* sæpè *eradicat. BOYLE* recipit *cinnabarin antimonii*, & in Amphoram *Vini Rhenani* suspendit, quo mirabiles vires medicamentosas in casibus chirurgicis contumacioribus expertus est. Color vagus articulorum ex scorbuto ortus, & qui vulgò à defluxionibus oriri statuitur, arthritis vaga scorbutica, optimè curatur per cinnabarin antimonii, quando hystericâ passione aliisque doloribus abdominis atque nephriticis (qui sunt affectus convulsi) vel sola, vel opiatis, vel cum camphoratis, mixta, optato succurrunt successu, imprimis in adultis; in infantibus enim non æque tutò exhibentur opiata.

Depuratur autem optimè à Mercurio vivo sulphur antimonii beneficio alcalium; unde *si cinnabaris antimonii ebulliat in lixivio alcalico*, v.g. lixivio saponariorum, lixivio ☉♀, &c. alcali arripit ♃ antimonii, & ☿ fundum vasis petit, & tunc lixivium istud ▽ari potest cum aceto in sulphur antimonii.

Post *destillata* varia *antimonialia* sequuntur nunc *Extracta antimonialia*; Quæ extractiones instituuntur plerumque eum in finem, ut eliciatur sulphur antimonii per se, quod quodammodo exaltatum, & cum menstruo unitum, dat ℞m antimonii, quæ primarius est finis omnium Extractionum ♂alium, & cujus ratione reliquis præstant ♂alibus, magnique usus sunt in Medicina: sulphur enim nobilitat non tàm cinnabarim antimonii, sed & ejusdem ℞as. *Tales autem Extractiones* atque separationes *sulphuris antimonialis* fiunt vario modo, communiter per alcalia. Communiter dico: Nam modernorum quidam solent extrahere ℞ am antimonii per acida, solvendo per ℞ aut destillatum ♁ vitrioli: quomodo etiam verus & vivus elicitur ☿. Imprimis celebris est modus *ANGELI SALÆ*, quem habet in *anatom. antim. P. 2. cap. 2: quando frustula antimonii minora cum aqua Regia digeruntur.* Verùm sulphura hæc per acida secreta non fiunt per solutionem & extractionem, sed per solam substantiam Mercurialis corrosionem; unde sulphur, quod à menstruo acido intactum relinquebatur, huic solutioni partim supernatat, partim antimonii frustulis instar crustæ adhærescit. Sic ♂ cum oleo vitrioli per aliquot septimanas digestum, sulphur suum per repetitas destillationes prodit, igne ♃æ partim recipienti, partim retortæ collo adhærescens: Vid. *BOYLE.* Per alcalia paratur sulphur, aut per viam humidam aut siccam: Per humidam viam, quatenus antimoniũ vel crudum pulverisatum, seu ejus minera, cui plus sulphuris externi adhærescit, vel similia coquuntur per aliquot ♂ in lixivio acri, quod plerumque conficitur ex ☉♀, ♆, vel ex cineribus clavellatis; novum semper lixivium aut ▽m saltem affundendo loco illius, quod exhalavit. Hoc in extractionis actu fit, ut alcalia extrahant sulphur antimonii, quod cum iisdem dat extractum rubicundum, filtrandum, ac calore leni aliquomodo evaporandum, postmodum in lom frigido detinendum; sic sulphur antimonii sensico sponte subsidet, reliquum verò, quod per subsi, dentiam nondum separatum, cum aceto destillato - sicut in lactis sulphuris præparatione, ▽andum & edulcorandum: Non secus atque in via sicca fieri videmus in præparatione reguli antimonii, quâ ♂ beneficio calcinationis cum tartaro & nitro dat scorias, exque his exhibet mediante ▽ atione cum acidis, in specie cum aceto destillato, copiosum sulphur ♂ale ☉atum, coloris rubicundi; quod ex ▽, in qua Epar antimonii seu crocus metallorum primâ vice edulcoratum fuerit, simili modo ▽ari potest; vel ♂ cum duplo ♀i crudi, aut ana ☉♀, per aliquot horas calcinatur, cum aqua calida solvitur, & vel per subsidentiam, vel per ▽ationem cum aceto destillato separatur sulphur, quod edulcorandum. In ebullitione autem antimonii cum alcalibus fit, ut rodant alcalia ♂, ejusque eliciant sulphur, partim, quia ipsa alcalia in radice conveniunt cum sulphure antimonii, partim, quia

quia in ſulphure antimonii latet occultum acidum, quo cum ſe conjungunt alcalia, ſulphur extrahunt, unde poſtmodum ubi ✕ inſtillatur, hoc ſe combinat cum alcalibus, & ſulphur antimonii fundum petit. Ex eodem fundamento ex ſcoriis reguli antimonii fit ♃ ☉atum antimonii, de quo ſuprà in Præparatione reguli.

Hæc ſulphura per alcalia extracta non ſunt pura & antimonii ſola (utut extractio ſulphuris antimonii per acida mihi magis arrideat) ſed partim ſunt miſta cum particulis reguli antimonii ſolutis partim cum ☵ibus lixivii, partim cum ☵e acido menſtrui ▽antis. Hoc *probatur exinde*:

1. Quia ex ſulphure hoc, mediante fuſione cum borrace, poſſit acquiri priſtinum antimonii corpus in forma reguli.
2. Sulphur antimonii ſit diaphoreticum; hoc verò per alcalia paratum vomitus moveat, qui omninò partibus regulinis erunt adſcribendi, niſi per acidulum quendam liquorem præcipitetur & figatur in diaphoreticum.
3. Omni ſulphuri competit inflammabilitas, quâ cum hoc deſtituatur, manifeſtum eſt, adjuncta ſibi ☵ia habere. Sic ſulphur commune in ſe eſt inflammabile; quando verò reſolvitur in alcalico liquore, & cum acido ▽atur in lac ſulphuris, tunc amittit ſuam inflammabilitatem, propter ☵ia nimirum adjuncta, ejus volatilitatem figentia, ejusque inflammabilitatem immutantia.

Dum paratur regulus antimonii, facillimo labore & unâ operâ etiam præparari poteſt *ſulphur antimonii & Tartarus tartariſatus antimoniatus*, ſi ſcilicet ſolvuntur reguli ſcoriæ (quæ conſtant ex ☵ibus alcalibus & ſulphure antimonii) in ▽ ſimplici calida, & filtratur, & loco aceti deſtillati cum cremore tartari præcipitetur ſulphur antimonii: liquor verò ipſe ſupernatans inſpiſſatus abit in cryſtallos, qui vocantur vulgò ♀ ♀i ſatus antimoniatus. Cryſtalli hæ conſtant ex acido cremoris ♃i, qui imbibit ☵ia ex ſcoriis reguli antimonii, ex parte antimonii, non exactè ▽ati. *Uſus* hujus inſignis eſt in febribus intermittentibus, ſi præmiſſis præmittendis ante paroxysmum exhibeatur. *Doſis* à gr. xv. ad ℈j l. gr. xxjv. Has ſcorias reguli antimonii non ▽at *STARCKIUS*, ſed volatiliſat cum alcalibus volatilibus, ſicquè acquirit ſulphur antimonii exaltatum, magnarum virium. Notum, quantæ ſint exiſtimationis ☵ia fixa volatiliſata.

Ex cinnabari antimonii purius acquiritur ſulphur (utut non ſeparaſſe præſtet) *vel per alcalia, vel per limaturam Martis. Per alcalia* elicitur ſulphur, ſi ♁ antimonii in lixivio acri aliquot horas ebulliat; ſic enim fit, ut alcalia abſorbeant ſulphur antimonii, unde Mercurius ad fundum ſecedit, vel inſperſo aceto deſtillato facilè ▽atur in fundo ad formam grumorum. Sed labor hic eſt nimis pretioſus.

POPPIUS, novus ſcriptor quidam Chymicus, *ſulphuri antimonii præcipitato affundit ſpiritum vini rectificatiſſimum, digerit, & per retortam deſtillat, ſic acquirit primò ſpiritum vini, menſtruum affuſum; poſtmodum* ſubſequitur, uti refert, *oleum rubicundum ſaporis dulcis, magnarum virium, & majorum, quàm cinnaoaris antimonii.* An procedat experientia, nondum probatum habeo: ſi tamen vera ſunt, ſatis utilitatis inde redundaret.

Per limaturam Martis ſeparatur ſulphur antimonii ut ſupra in nu) ſi

℞. *Cinnab.* ♂ij part. ij.
limat. ♂is part. j.

Miſta per retortam deſtillantur, prodibit Mercurius vivus, & remanet ſulphur, junctum cum limatura Martis. Hoc, quod in retorta relinquitur ♀, ſubigendum eſt cum ☵e ammoniaco, inque flores ♎andum; tunc enim ſulphur antimonii cum ☵e ammoniaco ſimul adſcendit in flores, qui ſolvendi in ▽, & ▽andi cum aceto deſtillato; ſic ſulphur ad fundum recedet, & optimum habebitis medicamentum.

Hæc de ♃ibus ♂alibus.

Quod attinet *Tincturas antimoniales, componuntur illæ* hunc in finem, *ut ſulphur antimonii fixius eliciatur* (illud nempe quod eſt naturæ ☉aris, & à quo virtutes in Medicum uſum proveniunt) & cum conveniente menſtruo conjunctum ſeu unitum, *ſub Tinctura forma promptius in corpus noſtrum agere queat.* Sed veram hîc & genuinam intelligo ℞m antimonii, *cujus labor ſi ſucceſſerit, unus eſt ex optimis totius artis ſpagyricæ laboribus*; de qua ℞ refertur, quod ejus ℥ß lunæ ℥xx debeat tingere in ☉, quia ♎ antimonii dicitur participare de natura ☉is. *Ex genuina illa Tinctura antimonii BASILIUS VALENTINUS parat ſuum lapidem △ antimonii, qui nihil eſt aliud, quàm Tinctura antimonii per retortam deſtillata & probè fixata.* Hic lapis △ *BASILII VALENTINI* particularis (ad differentiam univerſalis Philoſophorum) *lunam in ſolem mutat, reliquis omnibus metallorum corporibus relictis, & quidem quinque partes tingere dicitur.* Vid. *citatus Autor*, cui meritò tanquam fide digniſſimo hiſce in rebus fidem habendam cenſeo, veraque quæ de lapide △ aſſerit, eſſe credideriim.

Conſiſtit autem ℞æ ♂alis præparatio in duobus:

1. *Ut fiat per debitam ſulphuris ſolaris extractionem;* &
2. Per Extracti decentem exhalationem.

Illa ut plurimum fit ex vitro antimonii per menſtrua acida, in ſpecie per acetum deſtillatum, per ſpiritum ⊕, ſpiritum panis, &c. Caput mortuum in verum regulum abit. Hæc exaltatio ſcilicet inſtituitur beneficio digeſtionis cum ▽, & ſubſequentis artificioſæ deſtillationis. *Sic extrahitur Tinctura* antimonii vulgariter per acida: hæc figunt ſulphur antimonii, ut vim emeticam penitus amittat; cicuratur enim hoc modo ejus violentia emetica quàm optimè, ut fiat jucundum ſudoriferum. Et ſi cum ſpiritu vini poſtea ad tempus digeratur, per inferiora purgabit; ſi verò cum ſpiritu vini priùs exaltetur antimonialis ſulphuris vis, digerendo virtus ejus emetica (quæ in volatilitate conſiſtit) potiùs exaltatur magis, quàm ut figatur, & ſudorem moveat.

Tinctura antimonii præparanda præ reliquis inſervit vitrum antimonii à quo ſub præparatione ſulphur maximâ ex parte avolavit, & tandem ſulphur ☉are antimonii relictum commodiſſimè eſt extraverſum, unde etiam colorem acquirit hyacinthinum. Hanc ob cauſam etiam *BASILIUS VALENTINUS vitrum antimonii pro paranda ſua Tinctura eligit; item pro parando ſuo artificioſiſſimo lapide ignis.* Sic & *HELVETIUS*, qui quoque de virtute ☉is tractatum ſcripſit, *ex vitris metallorum ſolet parare ſua s, Tincturas*, quas habet experientiſſimas: ſed menſtruum ſilentio involvit; putarem tamen, quod ex ſpiritu Veneris & cryſtallis procedat.

Meritò miratur *WILLISIUS Tract. de Fermentatione*, concretũ antimoniale analogũ, dum ejus partes aliquæ

aliqua sint adeò faciles extractu, ut *fiant ex Antimonio Tinctura cum oleo terebinthinæ*; *item cum oleo lini*, *è contrà quædam sint adeò fixæ*, *ut nec ab aqua forti solvantur*, ut opus habeamus ☿. Dicta hæc ad scopum nostrum collimant. *Tincturæ istæ vulgares sunt tantummodò superficiales*, quæ per menstrua corrosiva præparantur; *nihilque aliud quàm corrosiones superficiales totius corporis in partes minutissimas*, *& proinde exiguæ æstimationis.* Contrà verò *legitimæ Tincturæ nihil aliud sunt*, *quàm portio aliqua substantiæ propriæ corporis idoneo menstruo extracta & exaltata*, *cum concentratione coloris & virtutis.* In specie ℞æ Metallorum, in quibus ipsum metalli ♃ essentiale, idoneo menstruo solutum, à sublimioribus desideratur Chymicis, multumque effectus pollicentur, valdeque tales laudantur à *BASILIO VALENTINO.* ℞æ istæ *per olea destillata*, v. g. terebinthinæ, *non sunt genuinæ*, sed superficiales & vulgares; *in sulphur enim Antimonii fixum non agunt oleosa*, sed salia, quæ ☉m resolvunt: Vid. *BASILIUS VALENTINUS* de ℞ sua Antimonii, in cujus tamen descriptione singula probè attendenda, quia singularem quoque continent cucheirisen. *PARACELSUS habet præparationem Antimonii*, & quidem certum modum *ejus flores fixandi* ex *quibus fixatis* postmodum *extrahit Tincturam*; sed Autores in diversas abeunt sententias, occulta namque est, uti quàm plurimi *PARACELSI* Arcana. Loco talis ℞æ sublimioris adhibendæ sunt communiores, quæ utut non constent ♃e intrinseco, sed saltem extractiones & secretiones ♃is externi, hinc ignobiliores sint, tamen non contemnendæ. Inter has est *Tinctura Antimonii tartarisata*, *ex Antimonio cum ana tartari calcinato*, *ita ut fluant in crucibulo*: continuò autem calcinandum, *donec mistura exactè flavescat*: hæc posteà eximenda, & ▽ calidâ solvenda: ♁ relictus cum spiritu vini extrahendus, & Tinctura ad debitam consistentiam inspissanda. Prodest insigniter in morbis chronicis, in chachexia, in febribus intermittentibus, inscabie, aliisque morbis intercutaneis, in mensibus remoratis, & aliis fœminarum affectibus, purificat sangvinem, & sordes in massa sangvinea præcipitat, easque per urinam educit.

Vulgò parant *Tincturam* Antimonii *ex scoriis reguli Antimonii*, quas contundunt, & *cum spiritu vini rectificato extrahunt*, mediante digestione; sed hæc ℞ potiùs est salium, quàm Antimonii: Nam ▽ infusus super ⊖ia alcalia, promptè se tingit colore rubro, quem habet solum ex digestione, ceu videre est in præparatione ℞æ ♋i, unde etiam parum de Antimonio participat. Omnium optima est, quæ cum spiritu vini & aceto destillato præparatur, & rectè dicit *FREITAGIUS*, quod qui eam habeat legitimam, aliis non opus habeat.

Hæc de Tincturis Antimonialibus.

LECTIO. XXIX.

OCcasione Tincturarum ♁alium, *pauca* quædam adhuc de *Tincturis* dicam.

TINCTURÆ.

Tinctura nomen derivatur à Tingendo, & à Colore, quo tingitur menstruum in extractione atque præparatione, unde etiam *Lapis Philosophorum* dicitur ℞, quatenus ignobiliora metalla tingit in nobiliora. Tales verò *Tincturæ sunt vel Universales vel Particulares*: *Universalis est illud mysterium Philosophorum*, quo de videantur Autores & Defensores ejus; Particulares, quæ in unum vel in alterum subjectum ingressum dant; tale quid est *Lapis ignis Basilii Valentini*, in proportione quintupla tingens subjecta sibi idonea. Hæ *particulares scilicet*, *Tinctura rursum vel in Alchymia locum habent*, *vel in Medicina.* Nos, illis missis, harum considerationem ventilabimus, *dicendo Tincturam esse Extractum liquidum*, *coloratum*; *vel est extractio nobilioris substantiæ concreti in Tincturam.* De Tincturis Vegetabilium res facilis est: *sic ex aromatibus cum spiritu vini elicitur Tinctura eorum* (quæ subinde quoque Essentia dicitur) *omnemque imbibit* subjecti virtutem, ita, ut reliquum corpus omni nobilioris virtutis spoliatum maneat efficacia. In Tincturis verò metallorum, Mineralium, & similium, admodum desudant Spagyrici. Tales ℞s metallorum nihil aliud esse dicunt, quàm Metalla in tincturam liquidam transmutata, & ita quidem, ut nequeant per artem reduci. Decantatissima est *Tinctura solis vera*, & ℞ ♃is *Veneris Helmontii*; item *Tinctura Antimonii* per se.

Quæritur autem, *an possit vera & genuina tinctura ex metallis & gemmis elici?* Pro solutione hujus Quæstionis notandum, quod supponant Chymici virtutem & colorem consistere in ejus ♃e: quod tamen pro suo accipiunt sensu, nec probant, ℞as oriri ex ♃ibus metallorum.

In præparandis itaque *Tincturis Metallorum* necessarium est:

1. Ut sulphur purum metallorum eliciatur, & reliquum ejus metalli, cujus est tinctura, sulphure suo sit spoliatum.
2. Ut nequeant in antiquum corpus metallicum reduci.

Hæc duo Requisita sunt regulæ, secundum quas omnes metallorum præparari possunt & debent. Tincturæ, & secundum hæc omnes omniumquè ℞æ (quilibet enim suam jactitat ℞am) *veniunt examinandæ.* Multi considerantes firmissimam metallorum concretionem, negant posse genuinas ex metallis extrahi ℞as, cujus sententia quoque *BECCHERUS* est. Sanè, non sufficit, quod corpus residuum non sit ejusdem cum ℞ coloris. Deinde *omnes Tincturæ*, *quæ cum Acidis fiunt*, *facilè reducuntur per alcalia & vice versâ*; *Gemmarum* verò & nonnullorum lapidum ℞æ, si non planè impossibiles, *certè sunt difficillimæ*, ut non immeritò dixerim, *omnes hujusmodi Tincturas gemmarum*, *coralliorum*, *&c. esse meras sophisticas*, *ortas aut ex corporum beneficio digestionis* transmutatione, *aut à menstrui virtute.* Sic *Tinctura solis* sunt solutiones auri, ast non veræ; hoc enim, utut abeat in pulverem album, & possit manere album, neque resolvatur ab ☿, non sufficit: in tantum enim in igne transmutatur, ut sustineat quæcunque, reducitur tamen in pristinum corpus metallicum.

Par est ratio de *Tinctura Coralliorum*, quæ utplurimum originem suam debet menstruo. Sal tartari calcinatum cum ▽ dat ℞m rubeam, quam vocant ℞m ♋ij sed falsò; spiritus vini enim super alcalia effusus, tingitur colore rubicundo: Deinde ℞ hæc ♋i mera tantùm est imbibitio; dum enim imbibit ∼ vini feces ⊖is ♋i, se tingit colore rubeo; forti enim calcinatione præcedente ⊖♋ abit in feces sine ulla efficacia & usu.

LECTIO XXX.

TERTIUM PARACELSISTARUM PRINCIPIUM, MERCURIUS

IN genere notum est, quod *Mercurius* ultimum sit *ex tribus Paracelsistarum Principiis*; nihilominus tamen, uti in aliis seu reliquis Principiis ingens est confusio, ita in Mercuriali Principio non minus est litigium, adeò, ut ipsi vix intelligant, quid per Mercurium intelligendum sit? Nam *in Vegetabilibus phlegmata facile igne separabilia, in animalibus partes spirituosas*, ☉ibus contradistinctas; *in mineralibus, quod liquabilitatem, fusibilitatem, & malleabilitatem iis largitur, pro Principio Mercuriali agnoverunt. In genere Principium Mercuriale est, quod concretis dat volatilitatem*, mutabilitatem, *& facilem alterabilitatem*, atque ex uno materiæ modo in alium transmutationem, v. g. è duro in liquidum. Hæc est generalis Mercurii Acceptio. Cùm verò confusum adeò, atque intricatum aut planè nullum sit Principium Mercuriale, operæ non videtur esse pretium, in extricando eo frustrà tempus consumere, sed progressus facio ad Tractationem

LECTIO XXXI.

DE MERCURIO VULGARI, seu ARGENTO VIVO.

MErcurius hic *Argentum vocatur*, tum ob colorem, tum quia (ut quidam dicunt) luna est ☿ fixatus, & ☿ est Luna liquida, quod tamen alii de Saturno intellectum volunt, dicentes, quod ♄ sit ☿ fixatus, & ☿ sit Saturnus solutus: *Argentum Vivum* vocatur ob mobilitatem, fluiditatem & summam volatilitatem, ita ut nulla arte, nempe vulgari, possit perfectè fixari.

Alias triplex datur ☿ (1.) vulgi ☿ (2.) Mercurius Corporum, & (3.) Mercurius Philosophorum. Mercurius vulgi cognitus est & notus: Mercurius verò Corporum est nihil aliud, quam Mercurius ex metallis perfectis & semimetallis (quale est Antimonium) productus. Ingens lis est, imprimis inter non adeò peritos: *num ex metallis* perfectis verus elaborari possit Mercurius vivus currens? Quidam negant, quidam affirmant. Illa sententia communior: Hæc, scilicet affirmativa, verior, & veritatati magis consentanea. *Certum* namque *est, dari Mercurium Vivum ex metallis extractum. Dn.* D. *MICHAELIS* dicebat, se vidisse ejusmodi Mercurium, ex ☽ extractum: *Dn. BOYLE* fatetur, se ex nullis metallis facilius acquirere posse Mercurium, quàm ex luna. Major adhuc controversia est: *An Mercurius hic corporum eliciatur, ut pars componens atque constituens concretum? an vero ut novum productum artis beneficio generatum?* Prius *HELMONTIANI* credunt, statuentes, ♁ metallorum coërcere tamdiu Mercurium, donec eô separarô ☿ vivus prodeat. Sed hoc minus videtur verisimile; potius artificialiter producitur per varias artis Chymicæ præparationes adhibitas.

Mercurius Philosophorum est decantatissima illa materia pro lapide Philosophorum, hujus nempe veritatem præsuppono. Hic ☿ Philosophorum ex nullo perfecto metallo elaboratur, sed proxime ex ente metallorum primo, seu ex radice metallorum producitur, ibique quærendus. Utut Philosophi dicant, materiam lapidis hujus esse ubique, latere in stabulis, quemlibet secum portare, &c. hæc tamen *non tam de materia lapidis proxima sunt intelligenda, quam de remota*, spiritu nempe mundi: hic enim in potentia remota consistit, dum metallicum semen disponit ad perfectionem metalli, & tunc est in potentia proxima.

Quod attinet *Mercurium Vulgi*, hic nihil aliud est, quàm *liquor Metallicus Saturnius solaris*. Sed controvertitur, *cujusnam sit natura*? in specie, *an sit corpus simplex indivisibile & indestructibile? an vero sit heterogeneus, exque distinctis particulis constet, in quas resolvi possit?* Prius affirmant *HELMONTIANI* ex *Tractatus Ejusdem: Tria Princip. Chymicor.* dicto. Verùm si cum hoc asserto conferamus, quæ *dicit BECCHERUS* (artifici enim in sua arte credendum) longè aliud apparebit, hic enim inquit: *Quod omnis Mercurius sit Amalgama, seu compositum corpus metallicum, tam perfectum, quam imperfectum, resolutum à fumo subterraneo*, à quo fit Amalgama, & *unde Mercurius Vivus. Et hoc* ejus *assertum est valdè probabile*; quo collimat vulgi probatio: an ☿ sit purus nec ne? *Dum* enim *Mercurium effumare sinunt in cochleari, si relinquat obscuram maculam, dicunt Mercurium participare de saturno; si flavam, de auro; si albam, de luna.* Hæc *HELMONTII* & *BECCHERI*, uti patet, sibi è diametro opponuntur. Naturam fugitivam ☿ij confirmat *HELMONTIUS*; fixatio enim ejus est impossibilis, nisi fiat per ♁ corporis metallici puri, adeoque fiat metallum purum. *BECCHERUS confirmat experientia, qui componit cum sulphuris subterranei fumo in Amalgama compositum. Alias* Mercurius *dicitur servus fugitivus*, propter nimiam ejus volatilitatem; *semper* enim *ignem expertus avolat, etiam si* vel *centies figatur*: interdum quoque ad tempus fixus manet, sed facilè resuscitari potest. Distinguendum tamen inter Mercurium fixatum & coagulatum: *Mercurius fixatus est, qui constans permanet in igne*, ut instar metalli fundi queat & tractari: Mercurius coagulatus est, qui coagulatur in corpus duriusculum, quodammodo malleabile, & non ampliùs apparet in forma fluida. Hic verò parari facilè potest: Nempe *coagulatur Mercurius cum fumo Saturni*; *v. g.*

℞. *Saturnus.*

Fundatur in crucibulo, postmodum reponatur in loco frigido, ut parum frigefiat: sublatâ crustâ huic imprimunt in medio foramen, cui immittitur ☿, qui mox in substantiam coagulatur consistentem.

Ast *hic MERCURIUS COAGULATUS nihil aliud est, quàm Concretum Mercuriale Saturninum*; quia particulæ ☿ij sese insinuant in ♄i corpus, & fit tale Concretum. Idem præstat ♃ quanquam cum plumbo feliciùs procedat operatio. Alii recipiunt *Ovum*, effuso albumine immittunt *Mercurium*, obturant foraminulum, & huic *Ovo* affundunt *liquefactum Saturnum*, & hoc modô coagulatur ☿. *Perfecte quidem* ☿ *figi nequit*, nisi cum *sulphure metallico fixo. Talem Mercurium fixatum qui possident, vocantur ADEPTI*, cum habeant, quo se ad mortem lautissimè sustentent. *Sepè* quidem ☿ *eò usque* quasi *figitur, ut ignis examen sustineat, & in eo aliquantulum persistat*; tamen sæpius etiam avolat, & si non avolat, *resuscitari potest in pristinam formam per Alcalia, vel* etiam *per limaturam Martis*: Nempè cum ☿ per Acida coaguletur, reducitur beneficio destillationis per ☾m per Alcalia; item limaturam Martis, quæ absorbent & destruunt Acida, quibus separatis ☿ vivus apparet.

Erui-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0484-2 DFG

Eruitur Mercurius nunc in forma fluida, in specie *in Carinthia* Mercurius fluidus reperitur: *dicitur* aliàs *Mercurius Virgineus*, *quia nondum* ab igne defloratus & *sulphure spoliatus est*: *nunc & sæpius ex terra minerali* (quam Cinnabarin vocant) vi △ evocatur, destillando scilicet additis Alcalibus: ♁ enim ex △e communi & Mercurio vivo componitur, unde si adduntur Alcalia, absorptô Acidô △is, ☿ vivit. Hic notandum, quod *fossores Cinnabaris fiunt plerumque tremuli propter Mercurium, unde si contingant manu vas aliquod aureum, statim albescit*; hoc tamen mirandum, quod *non conquerantur de salivatione*, quæ tamen aliàs assumpta Mercurialia subsequi solet.

Magna Mercurio cum metallis intercedit amicitia, maxima cum ☉e, minima cum Marte. Talis est amicitia cum sole, ut licet sit metallum compactissimum & fixissimum, Mercurius mollissimus illud tamen subitò penetret & albefaciat, ita ut quasi calcinatum appareat. Aurum hoc modo à Mercurio calcinatum dicitur *Amalgama Solis*, seu ☉ à Mercurio penetratum. Talia ááàta fiunt ex omnibus metallis; hinc *BECCHERUS* dicit: *Metalla omnia nihil aliud sunt, quàm talia Amalgamata*, (ex omnibus metallicis) *resoluta a fumo terrestri*; *unde Amalgamata talia non sunt tractanda in metallicis cochlearibus*, quia ☿ se conjungit cum metallis, modò facilius cum hoc, difficilius cum illo. *Mercurius* hic vulgò *variat ratione puritatis & adulterationis.* Modus ex supra dictis patere potest. *Usus ejus est* magnus & perfectus *in mundificatione sanguinis, in lue Venerea, in scabie aliisque affectibus cutaneis, in vermibus*, &c.

Sæpius fit, ut post assumptionem ☿ij, vel inunctionem Mercurialem in lue Venerea concitetur insignis salivatio admodum molesta, tremor artuum, nonnunquam paralysis, dentium vacillatio: *quos affectus*, ab usu ☿ij oriundos, curat *ZACUTUS LUSITANUS cum unguento ex auro, quod applicatum extrahit* vagabundum *Mercurium ex corpore, & hoc sublatô, homo sanitati restituitur.* Idem præstat nummus aureus in ore detentus, qui ex tempore dealbatur: hic *RIVERIUS* in dolore capitis gravissimo, ex ☿ij noxa aborto, aureum applicavit nummum, eumque curavit. Præterea, uti dictum est, *in Mercurio perfecta curatio Luis. Venereæ consistit, sive usurpetur sub forma suffitus, sive* forma *Linimenti, sive* forma *pulveris*; v. g. Turbith Minerale.

Notum est, quod *interne adhibitus salivationem moveat*, qui usus apud Italos creberrimus est. *Ratio salivationis est fundata in malignitate Mercurii Arsenicali*; ☿ enim vulgi adjunctum habet △ peregrinum volatile, de naturali ☌cali, à quo exoritur salivatio, quatenus suâ volatilitate & penetrantiâ resolvit tàm utiles quàm inutiles humores, eosque subtilisatos per glandulas maxillares exterminat. *Ab hoc sulphure fit, ut Mercurius in igne abeat per se in pulverem rubicundum. Quod* verò *virus ejusmodi sit in Mercurio vulgi, exinde probatur, quia Mercurius extractus ex corporibus metallorum non inducit salivationem*, sed intra corpus adhiberi potest sine noxa. Notum est quoque, quod in *scabie, similibusque affectibus cutaneis, tàm in forma Linimenti quàm singuli, exactissimè adhibeatur: sed cautè hæc usurpanda*, ne præter hæc adducta symptomata cutis corrugationem inducat, & vacillare faciat dentes. Præterea *vermibus maximè adversatur Mercurius*, unde *Aqua Hermetica Angenii* exinde parata valdopere in vermibus conducit. *SCHROEDERUS* dicit, Mercurium *posse redigi in pulverem cum succo* aliquo *vegetabili*, qui nullus alius est quàm *saccharum*, qui *Mercurium redigit in pulverem*, quod *certum est remedium in vermibus. Scorbutici caveant sibi à Mercurialibus medicamentis*: cum enim ☿ per se infestus sit gingivis, & cæ in scorbuto sint corrosæ, propterea facilè malum exasperabitur, & ulcera maligna & cancrosa inducit. Alias ☿ per se est innocuus, adeò, ut ad ℔j sine noxa fuerit, in specie in morbo iliaco; si verò noceat alicui, fit ob adjuncta ⊖ia corrosiva, quibus cum ♎atur; & propter △ peregrinum de natura arsenicali.

Mercurius utut in se & suâ naturâ sit maximè homogeneus, est tamen non omninò indivisibilis; *varias* tamen *atque diversissimas artis ope induit larvas, non* quidem quod *per se ex Mercurio* ▽, *spiritus*, ☿ & *sulphur elici possint*: id enim qui tentant, non immeritò Sophistæ Helmontio dicuntur; sed quod *aliorum additione in varias figuras transmutari possit*, quibus tamen *per addita Alcalia* rursus in totum spoliatur, ut *redivivus iterum emergat.*

Ut verò *Præparationes Mercuriales* in scenam redigam, notandum:

- *Præparata Mercurialia* esse vel
  - *sicca*, quæ iterum sunt vel
    - *præcipitata*, vel
      - 1. *per se*
        - *per additionem aliorum* ⊖ium nempe acidorum.
      - 2. *simplicia*
        - cum metallis *composita.*
    - *Sublimata.*
      - Sublimatur autem ☿ vel
        - *Cum salibus*, quando cum his in concreta varia convertitur, v. gr. cum vitriolo, nitro, & ⊖e communi fit ☿♎: sic aliter quoque fit ☿. dulcis.
        - *Cum sulphure*: sic enim ex △e & Mercurio fit ♁.
  - *fluida*, & fiunt vel
    - per deliquium
    - per resolutionem.

In genere in harum *Præparationum Mercurialium usu cautissimi simus*, ne plus noceamus quàm prosimus, memores illius *HELMONTII*, qui, quam diu revificari possit Mercurius, non sit boni viri remedium, asserit: idque *propter virus malignum, de natura Arsenicali, aut sulphur Mercurii externum Arsenicale, quod sulphuri ejus nativo adhæret.*

Nervis Mercurius est inimicissimus, ita, ut tremores manuum, paralyses, contracturas, &c. aurifabris subnasci quotidiè observemus: ut nihil dicam de Attenuatione corporis à salivatione nimia Mercuriali excitata, aliisq; symptomatis. Unde, *ut sine metu noxaque adsumi possit Mercurius, summè necessarium erit.*

1. *Vt debitè præparetur.*
2. Præparatus autem *cautè & circumspectè in usum vocetur.*

Inter Præparationes ☿ij occurrit primo loco *Depuratio à sordibus crassioribus* Mercurio *adhærentibus, sitque communiter vel* per lotionem *cum aceto & sale*, aut cum *lixivio* ♆*a*; *vel expressione per corium*, qui modus & ipsis Aurifabris est notissimus. Circa hanc tamen depurationem per corium notandum, quod non semper sufficiat pro omnibus impuritatibus aut mineralibus amalgamatis à Mercurio separandis: Metalla enim propter intimiorem conjunctionem cum Mercurio corium sæpè simul penetrant: Vid. *SCHROEDERVS in Pharmac. l. 3. cap. 15.* & *BORRICHIVS in Actis Haffniens. T. 1. c. 77.* Alias recipitur ☿, eique affunditur in lagena ♈, & agitatur benè, unde fit, ut tandem ♈ nigrescat, qui postmodum pro cingulo ☿ij in scabie adhiberi potest. Operatio hæc toties repetitur, donec ☿ satis sit depuratus. *Melior modus est, si ex Mercurio sublimato resuscitatur Mercurius, destillando illum cum* part. ij *Alcali* cujusdam, aut ♆ & ♃ *calcinati* ana part. æqual. per ☽am; *sic enim purissimus Mercurius se manifestat* in Receptaculo, cui aliquid ▽æ frigidæ infusum. Optimus modus est, qui ex *Cinnabari*, vel *nativa* vel *vulgari* elicitur, addendo *limaturæ Martis* & ♆*a* ana, per ☽am destillando, ut jam dixi: Proba ☿ij purissimi est, quod carbonibus impositus totus effumat, metallis autem adulteratus non, nisi cum strepitu exhalet.

Post depurationem ☿ij sequitur *Præcipitatio, seu* ut abusivè vocatur, *Calcinatio, estque nihil aliud, quàm Mercurii Corrosio.* Ordinariè *præcipitatur Mercurius cum spiritibus acidis*, spiritu vitrioli, ♃is, nitri; item cum aqua forti: Hæc Mercurio affusa eum solvunt, solutio abstrahenda, & remanebit ♁, qui dicitur ☿♈.

Si fiat Præcipitatio Mercurii cum spiritu sulphuris, fit Mercurius præcipitatus albus: si cum spiritu vitrioli vel oleo vitrioli fit ☿♈ *flavus*; qui vocantur *Turpethum minerale*: si cum spiritu nitri aut aqua forti, remanet Mercurius præcipitatus in forma pulveris rubicundii Processum habet *SCHROEDERUS Pharmacop. l. 3. pag. 400.*

Colorationes hæ ☿ij non dependent à spiritibus quibus cum præcipitantur, sed à proprio sulphure Mercurii, extraverso & separato à reliquo sui concreto; unde, si ☿ cum spiritu nitri ♈atur, fit ruber: Ratio est, quia ∽ nitri ut ∽ sulphureus, admodum ferit & extravertit ♃ ☿ij separabile, unde rubescit. Idem fit cum ▽ forti.

Ex hoc manu ducimur ad miram illam *Præcipitationem Mercurii per se*: Recipiatur nempe ☿ *vivus*, qui immittatur cucurbitæ plani fundi & strictissimi orificii, cujus figuram habet *ZVVELFFERUS in Mantissia spagyr. P. 1. cap. 7. pag. 353.* imponatur ∴ æ; unde lento igne successivè & longo temporis intervallo ☿ spontè abit in pulverem rubrum, qui dicitur ☿♈ per se. Vid. etiam *SCHROEDERUS l. 3. pag. 397.*

Quæritur nunc *à quonam in tam lenta digestione calcinetur Mercurius, ut* hic fluidus *in Præcipitatum rubeum abeat?* &c. Hoc beneficio externi ♃is heterogenei separati contingit, quo ipso ☿ tingitur colore rubeo: Unde quia *Mercurius corporum caret isto sulphure externo heterogeneo separabili*, calcinari hoc modo nequit, ut ut diutiùs in igne digeratur. Hic alii præpararunt Analogum *auri Mercurium*, eundem hoc dicto modo tractant, unde acquirunt Mercurium ♈atum per se, sed ☉arem, qui postmodum cum spiritu vini digerendus est, & deflagrandus, datque *diaphoreticum Mercuriale singularum virium in lue Venerea*, lepra, scabie maligna, &c. *Reliqua Præcipitata omnia Mercurialia* sive per se, sive cum spiritibus mineralibus acidis præparata violentòs movent vomitus atq; secessus, nisi figatur Mercurius; sic enim postmodum ad aliquam diaphoreseos virtutem accedit.

Sic quoq; *in dosibus Mercurialium non simus nimis largi*, nè periculum famæ incurramus. *Hæc Præcipitata fixantur, si aliquoties ab iis per cohobationem abstrahatur spiritus acidus antèà affusus*, & postmodum itidem aliquoties *super ea* deflagretur spiritus vini, licet hæc tamen palliativæ tantùm sint fixationes. *Optimus modus* est, quando ☿ cum ▽ forti (quæ ex Vitriolo, alumine usto, & nitro conflatur) præcipitatur, & ab eo dictum illud menstruum aliquoties cohobatur, postmodũ septies cum ♈ digeratur, & hinc iple ♈ toties deflagretur ab eodem, tandẽ cum △ ☉ ☽ probè edulcoretur; sic acquiritur ☿ *rubeus fixus, diaphoreticus.*

Alii ♈ aut Mercurium cum ℞ smiridis, magnum inde expectantes miraculum. *Modum* videbitis apud *SCHROEDERVM.* Sed est impostura; falso enim nituntur fundamento: supponunt quippe, quod in smiride sit Martiale quid, cujus ratione smiris aptus sit ℞ elicere ex metallis, & coagulare Mercurium: sed ☿ examen hoc fundamentum subvertit; ut plurimum enim tali modo ☿ præcipitatus igni commissus avolat cum colore, ♁ verò fixus residuus est à smiride.

Mercurius præcipitatus vulgaris *vix tuto internè adhibetur; externè tutius in cutaneis affectibus, scabie, lue Venerea, ulceribus* cacoëthicis, & iis quæ jam ad gangrænam inclinant: *meliora non dantur, nisi Mercurialia Unguentis mista.* Cum igitur Mercurius præcipitatus tàm per se, quàm cum spiritibus acidis, paratus sit periculosus pro interno usu, inde quidam parant Mercurium ♈atum compositum cum aliis metallis; in specie cum ☉e, qui communiter *Aurum Vitæ dicitur*: Nempe solvunt ☉ cum ♈ Mercurium verò cum △ forti: solutiones conjungunt, destillant, & aliquoties cohobant; sic exsurget ♁, qui edulcoratus cum ♈, nunc tanquam *vomitorium in lue Venerea*; nunc verò tanquam *Catharcticum in hydrope* summopere prodest. Et hoc est ☉ *Vitæ Hartmanni super Basilic. Crollii p. 49. KEGLERUS Tr. de Peste* cum *Mercurio depurato* & ☉*ro* facit Amalgama, *aquam fortem* de hoc abstrahit, & pulverem relictum sub tegula calcinat; uti habet *SENNERTUS in Institut. l. 5. P. 3. Sect. 3. cap. 18.* Interdum additur *Regulus Antimonii*, quod communiter Panacea vocatur; cujus descriptionem videbitis apud *SENNERTUM l. a.* Simile etiam per se, sine ▽ forti & spiritibus, corrosivis, fieri potest, præparando nempe ex ☉*is* per ♁ *depurati* ℥ß, & ☿*ij purificati* ℥jv Amalgama, quod per lotionem cum *sale* & *aceto* ab omni nigredine depurandum, per linteum exprimendum, & modô supra allegato per aliquot ☌☍ leniter digerendum. Huc quoque referunt quidam *Specificum Antiquartanarium Riverii*, quod Præcipitatum compositum ex *Mercurio, auro & regulo* aut *vitro Antimonii* viâ siccâ putant: verùm cum ♈ata hæc, paucorum granorum dosi, nimiâ violentiâ ἄνω κάτω operentur; *RIVERIUS*

RIUS econtrà *in Append. Cent. 3. Observ.* Antiquartium suum tanquam medicamentum blandum & mite, nec magis, quàm formulæ ex senna & rhabarbaro compositæ, alvum movens deprædicet; imò à ℈j ad ℥ß & ℈ij Quartanariis propinaverit, potiùs credo, quod sit compositum ex *Mercurio dulci, Auro fulminante*, & ♎e *Antimonii*: quibus, tanquam Quartus Athleta, additur *scammonium præparatum*; quod compositum per *secessum & sudorem egregiè*, interdum etiam, materiâ in primis viis hærente, *per vomitum operatur. Præcipitatur quoq; Mercurius cum Venere*, unde oritur *Mercurius præcipitatus viridis*, de quo vid. *SCHROEDERUS*, *SENNERTUS l. a. p. 1444*, & *HARTMANNUS in Crollium pag. 44.* Hoc *certum est remedium in Gonorrhœa Virulenta seu maligna*, cujus usus licet primâ fronte exasperare videtur *malum, certò tamen curat.*

Huc quoq; pertinet *Arcanum Corallinum Paracelsi*, purgans optimum, & febrium & podagræ verum remedium. Dicitur ita à colore rubeo, coralliorum faciem æmulante. *Præparatio* ejus clara est in *scriptis PARACELSI*: solvitur scilicet ☿ in liquore alcahestino, & abstracto rursus liquore abit in pulverem fixum, sine alteratione aut immutatione: Pulvis relictus cum ▽ albuminum ovorum elicitur & abstrahitur, sic tandem abstracto liquore rubescit, & coralliorum formam seu potiùs colorem refert. Cùm verò, ut supra monui, ☿ *vulgò à spiritu nitri* ♒*atus etiam rubescat*, factum est. ut & hic quoq; Arcani Corallini nomen acquisiverit, propter similitudinem coloris: sed malè; toto enim cœlo differunt. Hoc vulgare ☿ij ♒atum vix tutò internè, sed potiùs externè in cutaneis affectibus adhibetur. Pertinet huc quoq; *Calcinatum Majus Poterii*, ut & *Chaos Magnum ejusdem*: Illud est nihil aliud, quàm ☿♒, in ▽ forti solutus, & cum ▽ ⊖la ♒atus: ex quo deinde Chaos ejus magnum præparatur, singulare remedium. Vid. *Scripta POTERII.* Optimus ☿♒, seu *Turbith Minerale*, fit ex ☿♎ato, in ▽ soluto, filtrato & cum ♀ ☾i ♒ato: qui ♄ in fundo subsidens edulcoretur, & super eam ♈ aliquotics deflagrandus: Vid. *MYNSICHTHIUS Armament. Medico-Chym. p. 18*, & *LUDOVICI in Pharmacia.* Quidam ▽*m*, qua ☿♎ solvitur cum aliquot guttis ∿ ♎*is* acuunt.

Hæc de Præcipitatis; Sequuntur *Sublimata Mercurialia.*

Sublimatur ☿ partim cum ⊖ibus corrosivis, partim cum sulphure: Ibi ☿♎ hic ♨, oritur.

Cum salibus sublimatur ☿ sequenti modo: v. g.

Rec. ☿*ij, in* ▽ *part. ij. solut.*
⊖*li exsicc.*
⊖*is decrep.* à part. æqv.

(vel loco ⊖is decrepitati *nitri part.* dimid.) Miscentur exactè, & ♎antur ex cucurbita humili: cucurbitæ hujus orificium in principio non adeò firmiter claudatur, ut phlegma ⊖ium adjunctorum exhalare possit: quando autem vapores seu nebulæ albicantes elevantur, firmissimè claudatur, △què gradatim augeatur: ita adscendet ☿ sublimatus in forma ⊖is crystallini.

Hic notandum, quod *si* ☿ *cum duplo nitri & vitrioli calcinati igne forti sublimetur, elevatur* ☿ *rubeus non corrosivus*, ejusdem ponderis atque fuit ante missionem cum ⊖ibus; ita, ut adjuncta ⊖ia nihil ponderis eidem tribuant, sed ♎ nitri agit in Mercuriale ♎, à quo ☿ calcinatur in pulverem istum rubicundum. Quod si verò ☿ *cum adjuncto sale communi sublimetur, ascendit* ☿ *corrosivus, & pondere augetur*, quantum scilicet ipsi de ⊖e communi accedit; nihil enim secum evehit, quàm ⊖ commune, *& ab hoc habet vim suam corrodendi.* Minori labore & temporis jactura ☿♎ari potest, quando in △ *forti* solvitur, & hac abstractâ △ ultimò augeatur; sic in forma crystallina adicendit sine additis ⊖ibus.

Si ☿♎ti partibus tribus addantur novi ☿ij *vivi* partes duæ, terantur in mortario lapideo, donec ☿ vivus amplius conspici nequeat, hinc in ♋, vel cucurbita, seu phiola parva, scheide fölbgen/ sublimetur, ignem circa finem non adeo intense augendo, fit exinde ☿ *dulcis.* Nam quando ☿ vivus adjicitur, ⊖ia illa corosiva in tantum disjunguntur, ut corrosiva ☿♎ti vis temperata remedium exhibeat dulce. Vocatur aliàs, etiam Draco mitigatus, item Panchymagogum minerale; quia ☿ii dulcis egregium est Purgans minerale ad ℈j aliis Purgantibus additus, v. g. extracto hellebori nigri, extracto panchymagogo Crollii, &c. *Hoc modo curat egregie luem Veneream, cachexiam, lepram, hydropem, catarrhos*, &c.

Notetur hic, quod *Purgantia Mercurialia* melius naturis phlegmaticis quàm biliosis conveniant, quin his potius noceant: & contra *Antimonialia medicamenta* conveniunt cholericis; nocent vero Phlegmaticis & humidis. Unde si Mercurius dulcis cum extracto elaterii misceatur, & exhibeatur in forma pilulari, in hydrope multi est usus. *Mercurius vitæ* cum duplo vel ana ☿ij dulcis mixtus, blandum evadet purgans, in multis affectibus egregium medicamentum, utut ☿ vitæ in se sit vomitivus.

Commode quoque ☿ dulcis externo usui dicatur. *Ingreditur* imprimis *aquam Phagadænicam decantatissimam*, quæ fit ex ▽ ♈*æ*, in qua solvitur portio certa ☿ii dulcis, & adduntur pro ratione circumstantiarum aliquot unciæ ♈, fitquè inde ▽ composita in curatione & præservatione gangrænæ utilissima. Si adsit fortassis ardor aut inflammatio, addi potest succus cancrorum fluviatilium optimo consilio. *Usus externè* quoq; est in scabie, tinea capitis, pediculis abigẽdis, in specie si cum ungvento denicotiana misceatur.

Revificatur Mercurius sublimatus, si in vase ferreo bulliat in ▽ communi; sic enim fit, ut ☿ absorbeat ⊖ia acida corrosiva, unde his absorptis ☿ in vivâ forma se manifestat. Idem quoque fit *per additionem alcalium*, quæ rodunt ejus ⊖ia acida; unde dum hæc in sublime rapiuntur, ☿ vivus prodit. Hic ☿ *in quocunque acido solutus, insperso spiritu* ☾*i abit in pulverem album: si cum oleo tartari per deliquium præcipitatus, evadit in pulverem coloris flavi*, non secus, atq; ☿ sublimatus: In ▽ communi vel rosarum vel alia ▽ destillata solutus, ♒atur cum oleo ☾i per deliquium in pulverem subrubeum, qui vocatur *Turbith minerale*, ad differentiam vegetabilis. Ita *si cum alcalibus volatilibus præcipitatur, emergit color candicans*; sin verò *cum alcalibus fixis* ♒atur ☿, *oritur pulvis coloris cinerei*, fusci, prout magis vel minus fuerint fixa.

Dictum supra, *HELMONTIUM* eos vocare impostores, qui ex Mercurio per se volunt elicere ▽m, spiritum, ♀, & ⊖: id quod verum esse statuo, utut sint, qui volunt elicere ex Mercurio ▽m instar liquoris alcahest; iste tamen processus non succedit, aut si acquiritur △, est illa ex ♎e ambiente. *Modum destillationis* videbitis apud *ZVVELFFERVM*, utut nihil unquam ▽æ ex Mercurio acceperit.

LECTIO XXXII.
CINNABARIS.

MErcurius si sublimetur cum sulphure, dat Cinnabarin: ♎atur autem, si

Rec. ☿*ij vivi* ℔ß.
♎*is comm.* ℥iij.

Mista hæc ♎antur, & exsurgit *Cinnabaris artificialis.*

Res sanè *mira, quod ex corpore Mercuriali albo, & sulphure flavo, tertium oriatur rubicundum*, ita ut hujus operationis phænomena optimè confirment doctrinam de coloribus Clarissimi Boyle & aliorum, quod scilicet colores oriantur ex mutata particularum textura, quæ recipit vim refringendi radios ☉ares.

Fundamentum præparationis Cinnabaris est hoc: Acidum ♃is in igne corrodit Mercurium, eumque secum unit & evehit in altum, ut exinde tale concrescat corpus cinnabarinum. Fieri hôc modo cinnabarin patet inde, quia *beneficio alcalium, aut cum limatura Martis, ex Cinnabari resuscitari potest Mercurius vivus*; si scilicet recipiatur ♨, & cum alcalibus destillatur, prodit ☿ vivus per ☾am, quando alcalia absorbent acidum ♃is, inde ☿ à compedibus acidis liberatus, in forma viva sesistit. Idem fit cum limatura Martis.

Sunt qui volunt præparare Cinnabarim cœruleam,

Recipiendo ♃is part. ij.
☿ij *vivi* part. iij.
⊖Xci part. j.

Hæc mista & ≏ata dant corpus cœruleum, sicut ☿ cum ♃e communi dat corpus rubicundum.

Productio hæc *Cinnabaris mechanica*, & artificialis manu nos ducit ad considerationem & generationem ♨ nativæ, quæ eruitur ex minera propria. Hæc enim minera ♨ nihil aliud est, quàm ♃ cum Mercurio vivo & ♡ lapidosa, in terræ visceribus in corpus rubicundum concretum, quæ minera pulverisata & ≏ata, dat Cinnabarim ejusdem planè naturæ cum vulgari. Hæc *Cinnabaris nativa variat provarietate minerarum, ex quibus elicitur*: prout enim variat ♃ in sua minera cum Mercurio, ita quoque variant hinc Præparata ♨. *Optima minera est Ungarica*, quæ abundat auro & ☽, unde quoque ♨ inde eruta participat de ♃e nobiliori, participante de natura Auri. Viliores sunt omnes reliquæ mineræ.

Quæritur: *An Cinnabaris nativa possit tutò intra corpus assumi?* Non immeritò dubitant nonnulli, quibus subspectum est ♃ ☌cale, quod plerumque in mineris se solet associare; propterea rejiciunt Cinnabarin nativam, & præferunt Cinnabarin Antimonii, & quidem tutius. Nihilominus tamen, *si placeat usurpare Cinnabarin nativam, corrigatur de virulentia suâ*, partim ≏atione, partim cum ♈ deflagratione.

Per repetitam sublimationem corrigitur Cinnabaris, quando ♃ejus ☌cale avolat, & feces nocivæ segregantur, uti quoque fit in Cinnabari Antimonii. Quod si verò non detur occasio ≏andi, recipitur ♨ nativa pulverisata, coquitur in ▽ fervente aliquoties, postmodum pars purior supernatans subigitur cum ♈, & deflagratur super eam: sic quoque pura acquiritur ♨ nativa.

Alii parant *Cinnabarim artificialem ☉arem ex Amalgamate Mercurii cum sole*: hæc cum ♃e communi ≏ant, & legitimo modo tractant, & sic acquirunt *Cinnabarim Artificialem solarem*, de quo vid. *GREIFFIVS Tractatu de Ther. Cœlesti.* Usum Cinnabaris nativæ videbitis in *Cinnabari Antimonii*, de quo *superius, ubi de ♂alibus dictum: conveniunt enim in virtute.*

LECTIO. XXXIII.

METALLA IN GENERE.

DE metallis acturus suppono, quod *Metalla sint corpora mixta, composita ex materiis distinctis, è quarum mixtione exsurgit corpus tertium*, metallum nempe, ita tamen, ut coalescant principia materialia in corpus maximè homogeneum indestructiabile, & essentialiter indivisibile.

Chymici, ut exactius metalla eorumque phœnomena explicent, *docent, quod* illa *constent ex Mercurio, sulphure & sale*; quæ doctrina est antiquissima, & jam olim a *RAIMVNDO LVLLIO* recepta.

Intelligenda verò per hæc tria principia, *Sal, Sulphur & Mercurium*, non vulgaria illa corpora; sed ut res clarior fiat, *per Sulphur* intelligenda venit substantia acido-pingvis, à qua metalla facilem habent ignitionem & excandescentiam: *Per Mercurium* humiditas radicalis metalli, seu principium tale, à quo habent facilem fusibilitatem: *Nomine salis* substantia metalli fixior, ferè de natura alcalium (quia absorbet acidum) ligans sulphur & Mercurium, & cum iis in substantiam metallicam fatiscens. *Hæc principia* inter se agnoscunt quandam proportionem justam; ita, ut sal sit principium passivum, quod det metallo corpus, *sulphur* largiatur formale, & *Tò* esse specificum metallorum; *Mercurius* verò conferat, ut sulphur & sal hoc medio eò meliùs & firmius ferruminentur & coëant.

Convenit hæc explicatio cum illo Chymicorum, quando nimirum metallis *corpus, animam & spiritum* tribuere, *per corpus intelligendo sal, per animam sulphur, per spiritum Mercurium, qui extrema quasi conglutinet atque confirmet constringatque.* Hæc si velim applicare ad Philosophiam corpuscularem, tunc *per Mercurium intelligendæ sunt particulæ, quæ in igne sunt facilè mobiles*, inde facilis metalli fusibilitas oritur; *Per sulphur particulæ materiales, quæ in igne facilè flammam concipiunt*, inde metalli excandescentia; per Sal *particulæ illæ materiales, quæ sulphur metalli figunt, ne avolare possit.* Ita exposita Chymicorum principia, commodè nobis metallorum naturam sistunt. *Nullo verò modo ita intelligenda sunt, ac si verum aliquod sulphur tanquam pars essentialiter constituens*, atque reverà ante resolutionem existens, *& sal atque Mercurius talia in metallis reperiatur.* Nam licet ex metallis sulphur inflammabile, item Mercurius vivus, nempe Mercurius corporum, item sal perfectum, aut etiam vitriolicum, haberi per artem queant: ea tamen actu ante transmutationem non infuêre, sed fiunt demum sub Chymicis laboribus, atque sunt nova artis producta, quæ anteà non inexistebant.

Sic quidam copiosum ostendunt ♃☉are, quod tamen non est ex ☉e, sed noviter productum ex conjunctione metallorum aliorumquè corporum. Sic ☿, qui sæpè ex corporibus metallorum elicitur sæpè sub forma viva, est novum ens, ex conjunctione metallicum aliis corporibus productum. Eadem censurâ dignæ istæ vulgares Metallorum & Mineralium Ræ, quas Chymici quidam pro genuinis obtrudere non erubescunt.

Modum generandi metallorum quod attinet, certum est, *quod ex profundo terræ exhalent fumi quidam* (quos vocant die Witterung) *pingves volatiles, qui in corpore quodam lapidescente* (attamen tractabili) *coërciti atque intercepti, abeunt succedente tempore in metalla*: metalli fossores dicuntur den Quartz. Hi fumi in defectu ♡æ talis subinde abeunt in flores, item in strias varias, pro varietate metallorum.

Inter *principia metallorum* præ reliquis considerari meretur sulphur, utpote à quo nobiliores in medicinam derivantur virtutes. Hoc ♃ in se continet acidum, idque eò copiosius, quo magis metallum fuerit

ſtherit ♃eum. Imprimis *abundat* hoc *acidum in ſole & Marte*, quæ nobiliora habent ♃a, quia fixiora. Hoc exinde probatur: *ſi* enim *auro liquefacto intrudatur bacillus ferreus, hic corroſus apparebit ab acido ſulphuris ſolaris excedente ſatis: ſic Mars quoque abundat* ſatis *copioſo acido*, ſolubili in quovis aquoſo: unde etiam ab igne corroſus abit in crocum: *Stannum inſigniter eſt ſulphureum, unde ſi cum nitro in igne agitetur, flammas exhibet. Ab hoc ſulphure eſt, quod metalla guſtui communicent quandam aceroſitatem vitriolicam*, quæ omnibus metallis ineſt, teſte Hartmanno.

Omnia metalla conveniunt quidem in radice, & ex iisdem conſtant principiis; *differunt* tamen

1. Ratione majoris vel minoris maturationis.
2. Ratione ſingularis proportionis principiorum, quà debitè inter ſe invicem concurrunt.

Ratione maturationis dividuntur in *fixa, matura* & nobiliora, quorum ♃ eſt perfectè fixatum & maturatum, ut ☉ & ☽; & *minus fixata* ſeu mobilia, *immatura* & ignobilia, quæ & fixitate & proportione debita principiorum deſtituuntur. Nobilia metalla ſunt, quorum ♃ eſt perfectè fixatum & maturatum; v. g. Aurum, utut exactiſſimè examinetur in igne, nil tamen de ſua præſtantia deperdit: Huic accedit proximè ☽, quæ itidem in igne perdurat, utut tandem ſui jacturam faciat. Reliqua metalla, partim propter defectum fixitatis debitæ, partim propter defectum proportionis, ſunt ignobilia. *Hæc* ſunt vel *mollia* vel *dura*. *Mollia* ſunt, quæ conſtant Mercurio copioſiori, minusque temperata ſunt à ☿e & ♃e, & hæc facile liquantur & funduntur in igne, ſed minus facilè igniuntur: talia ſunt ♃ & ♄ *Dura* ſunt, quæ conſtant ♃e copioſiſſimo & pauco Mercurio, facilèque ob ♃is copiam igniuntur, & difficulter funduntur ob defectum principii Mercurialis. *Diſtinguenda* probe *ſunt denſa à duris*: Ferrum & chalybs licet æque dura, non tamen æque denſa ſunt: ☿ quandoque fit denſiſſimus metallorum, tamen moliſſimus: Aurum quamvis denſiſſimum, vitro tamen mollius; quod auro longe rarius & levius. *Ratione proportionis quædam perfecta ſunt, quædam imperfecta.*

Jam videamus, *quare Saturnus in purificatione ſolis & lunæ reliqua metalla abſorbeat, ſole & luna in tactis? Ratio eſt*, quod ♄ copioſo abundans alcali volatili, cupiat ſaturari: Verùm cùm ☉ & ☽ *corpora nimis ſint compacta, indequè inepta*, ♄ aggreditur metalla potius ignobiliora, Venerem, Martem & Jovem, ceu magis terreſtria, eademque abſorbet: quibus abſorptis ☉ & ☽ tunc in teſta probatoria relinquit in tacta.

Dixi, quod *omnia metalla conveniant in radice*, quod inde patet, quia unum metallum de altero participat, & imprimis ignobiliora de nobilibus: ſic in ſaturno ſemper datur aliquid de argento: in ☽ rectè tractata ſemper aliquod grana ſolis reperiuntur: Marti ineſt ♃ ☉are, cum quo etiam non nulli figere ſolent ♃ antimonii: *in cupro eſt primum ens lunæ*, unde ſemper ♀ & ☽ *ſimul conveniunt in radice*; unde quoque eſt, quod ambo hæc metalla exhibeant ℞m ſapphirinam, amboque vomitus excitent ſat violentos: *in Jove eſt adhuc aliquod ens auri*, quod arguit convenientiam metallorum in radice. De convenientia macrocoſmi & microcoſmi ☾ quantum nimirum 7. metalla conveniunt cum 7. planetis, quippe 5. principalioribus corporis noſtri partibus applicentur à quibusdam ☽ non eſt, ut quid adjiciam, cùm nullitas hujus fundamenti cuivis nota ſit, & plura de illa in Collegio Pharmaceutico dicenda ſint.

Cum itaque *metalla* in radice conveniunt, *& non niſi gradu & perfectione differant*, facile patet, quid de transmutatione metallorum ſit ſtatuendum? Nempe *non repugnat, metalla imperfectiora, ignobiliora & immaturiora, ad majorem gradum perfectionis, nobilitatis, & maturationis, perduci poſſe.* Notum enim eſt, quod ♄ mutetur in ☉, teſte *HELMONTIO*; aliaque metalla in ☉ tranſeant, teſte experientia.

Res certa eſt. Non enim differunt formaliter, ſed tantum maturitate; inde ſi maturationis debitum acquirunt gradum, abeunt in verum ☉. Ita *luna ſi figatur perfectius, evadit in aurum, ſaltem ut eidem deficiat tinctura, quam mutuatur à Venere, cum hæc de ente ſolis participet.* Huc quadrant verſiculi illi *BASILII VALENTINI*:

Innen bin ich blau und weiß;
Wenn ich erlang den fixen preuß/
So kleidet mich Venus zur Hand/
Mit Scharlach und Purpur-Gewand.

Uſum Metallorum quod concernit, quæritur: *An Metalla cruda aliquam in corpus noſtrum habeant efficaciam?* Reſp. Nihil operari effectivè: eſt enim eorum compages durior, ut ſicut ingeſta ſint, rejiciantur; ſed paſſivè ſuam exerunt utilitatem, quatenus patiuntur quid, i. e. quatenus *ſalia acida vitioſa irruendo in metalla aſſumpta, eademquè ſolvendo, acrimoniam ſuam amittunt*; unde hoc modo metalla paſſive proſunt. Sic v. g. *Mars crudus pulveriſatus aſſumptus*, licet effective nihil juvet, *utilis tamen eſt in iis morbis, in quibus acidum eſt in primis viis*, quatenus & tunc paſſive ſe habet; dum nempe ☿ia hæc acida corrodendo Martem acrimoniam ſuam perdunt, eidemque adhærentia per alvum exitum quærunt. Dicta hæc valent quoque de Saturno, qui *PARACELSO quarta Chirurgiæ columna dicitur*: ex eo enim præparato, cancroſis ulceribus applicato, iisdem paſſivè medentur, quando *ſalia acida Saturno ſeſe aſſociantia dulceſcunt.* Idem valet de cupro, quod humores præter naturam per vomitum educat.

Aſt quæritur: *quomodo operentur?* modus operandi iterum eſt controverſus. Vis illa irradiativa *HELMONTII*, qua Archæum excitent, dirigant & ad ideas certas ac amicabiles exſuſcitant, ſi labefactæ fuerint, ut ad conſervandam aut reſtituendam ſanitatem in corpore humano ad earum ductum operentur, eſt imperceptibilis. Hæc ingenium, ſpeculationibus deditum, quidem lactent & mulcent, ſed Practicorum non explent deſiderium. *Ego, ſi quid dicendum*, aſſererem, metalla operari per contactum corporalem: certum namque eſt, quod omnia hactenus nota ex Metallis parata remedia ſint tantum corroſiones ſuperficiales corporis metallici totius in partes minutiſſimas, adeoque operationes ſuas mediatè & per accidens, ſuccos in primis alterando, edant; ſicut etiam eadem facilè reduci poſſunt.

Alia vero res eſt de genuinis Tincturis, aliisque Præparatis Metallicis ſecretioribus, quæ de eſſentiali ♃e metalli participant; pro quibus nempe parandis non ſufficit mutua ſolutio per menſtrua corroſiva, ſed ſublimior requiritur præparatio. Metalla enim ſi ſolvantur, ut tota compages diſſolvatur, & miſtionis vinculum diſuniatur, ut non ampliùs poſſint reduci, vera erunt potabilia, & ſtupendos edere effectus, apud *HELMONTIUM Tract. in Herbis, Verbis, & Lapidib. Magna Virtus*, videmus.

Hæc

Hæc operantur effectivè, & *virtute anodyna*, agendo in ∽: hic sulphur Antimonii & Veneris insignem habet virtutem anodynam tam humorum vitiosorum, quàm spirituum irregulariter tumultuantium sedativam; qui sedati, naturæ præstant obedientiam.

Metallorum sub peregrino habitu latentium *reductio perficitur mediantibus alcalibus, in specie cum sale tartari vel borrace: nam quacunque tinctura cum menstruo acido præparata reducuntur per alcalia.* Hæc enim cum Acido concurrendo tandem se uniunt; unde corrosum, ex Acidi vinculis liberatum, pondere suo fundum petit, & hoc modo institui potest δοκιμασία Rarum, an veræ, an spuriæ? *Dixi*, quod Alcalia reducant metalla: nam *alcalibus vegetabilium* singulis inest vis reducendi metalla, in specie sali tartari, quod hunc ob usum dicitur sal privilegiatum. Medium itaque, quo fit Mercurius Corporum, sunt Alcalia fixa, imprimis sal tartari, ut jamjam dictum, & hinc ammoniacum, quæ exinde Chymicis dicuntur salia resuscitativa: Et nulla fit perfecta Mercurificatio, quæ non fit cum sale tartari, aut cum ⊖e ⊡æ, aut ammoniaco.

LECTIO XXXIV.

Hæc in genere: In specie nunc

DE MARTE.

CONstat ♂ primario *copiosa terra* quasi *alcalina* seu principio ⊖ino, *pauco Mercurio*, seu fluido alcalino volatili, *& sulphure forti* seu potenti, & admodum *acido* sed *pauco*; *eo tamen quodammodo fixo*; *unde proximè ex omnibus metallis ♂ ad ☉em accedit*: & cum hoc ♃e Martis quidam transmutationem particularem instituere volunt. *Paucus Marti* inest Mercurius, inde difficulter funditur, ut potiùs adjecto Mercurio hunc defectum compensare possimus: ob ⊽æ copiam difficulter est malleabilis, nisi priùs benè fundatur: ab hac ⊽ est, quod malleo percussus in sqvamulas facillimè abeat, ob firmam hujus terræ texturam: ab hac terra est, quod Mars omnia Acida tàm prompte imbibat: ab hac terra oritur medicamentorum Martialium vis adstrictiva, nec aliunde procedit Medica vis Martis, qua absorbet vitiosos, acidosque in corpore humano oberrantes humores, recentioribus salia dicta.

Convenit cum ferro Chalybs, nec nisi duritie differunt. Fit verò Chalybs ex ferro artificialiter: nempe Mars in lamellas redactus, & cum carbonibus pulverisatis, aut cornubus bovinis raspatis stratificatus, fortissimo igni committitur; ita ♂ depuratur & induratur. *Fundamentum hujus indurationis* consistit in eo, quod Acidum copiosum in Marte existens, in stratificatione illa arripiat ⊖ia alcalia, tum fixa carbonum, tum volatilia ex cornubus, à quorum concursu constringitur magis principium terrestre, & in majorem duritiem excrescit Martis corpus. Sic quoque indurat Martem aqua ex lumbricis, & ▽ radicis raphani & porri. In his aquis, si extingvatur ♂ ignitus, fit, ut ⊖ia volatilia, quæ impræg̃nant hanc ▽m, se insinuent in Martem candentem, & sic Acidum maximè saturatum duritiem Marti conciliet.

Ferrum ignitum, si pingvibus, v. g. cera, oleo, sevo, &c. inungatur, denuò mollescit imò si hac ratione emollitur, aliquoties igniatur, & in ▽ extingvatur, conficiendis catapractis, quæ globulis sclopetariis validè resistunt, aptissimum est. Quomodo alias ita attemperare possit, ut clypeis, elastris, aliisque instrumentis mechanicis conficiendis inserviat, Vid. *BOYLE de Coloribus. P. 1. c. 2. pag. 7. & 8.*

Marti vulgò *duplex* attribuitur *virtus*; *una adstringens*, altera *aperiens*: Illam partibus Martis terrestribus atque fixis; hanc volatilibus, adscribunt: unde crocum Martis adstringentem paraturi, eousque calcinant Martem, donec assumptis partibus volatilibus, remaneant fixiores. Sed falso innititur hæc vulgi hypothesis fundamento. Mars enim est corpus homogeneum, perduratquè sub æquali tenore in △ tortura. Error & distinctio illa inde nata, quod Practici viderint, *Martialia non exiguum usum* præstare in morbis, quorum causam ab obstructionibus & infarctu crassorum humorum deduxerunt, ut in cachexia, Quartana, obstructione mensium, malo hypochondriaco, ictero, &c. unde virtutem aperitivam illi adsignarunt. Cùm verò etiam in dysenteria, diarrhæa, aliisque fluxibus præternaturalibus prodesse observarint, exinde vim ejus adstrictoriam notarunt. Verùm ex principio falso falsa proficiscuntur principiata. Falsum est, quod suprà dicti affectus oriantur ab infarctu & obstructione crassorum humorum; certum contra est, quod Mars semper adstringat per se, & terra magis styptica adstrictoriam tantum habeat virtutem: id quod omnia *ex Marte parata demonstrant medicamenta*, quæ gustui saporem adstringentem ministrant. *Aperit verò Mars tantum per Accidens*, quando nimirum intra corpus assumptus reperta in corpore ⊖ia sylvestria & facilè coagulabilia (à quibus induci solent obstructiones) absorbet, absorptaque secum per alvum educit: unde hoc modo sublata causa, tollitur obstructio. Unde *rectè ♂ dicitur optimum Melancholiæ digestivum*, cujus causa materialis modernis statuitur esse Acidum vitiosum in primis viis hærens, quodad Martem assumptum accurrit, eumque corrodendo suam amittit acrimoniam, & postmodum simul cum Marte per secessum eliminatur: hinc est, quod *post assumpta Martialia feces utplurimum nigro colore tincta sint, uti hoc ipsum à potu acidularum contingit.* Et sanè *malum est, si post assumpta Martialia non tingantur feces colore nigro*; signum enim est, Martem non absorpsisse ⊖ia vitiosa, corpori noxam minantia.

Ratione coloris fecum nigricantis est ♂ assumptus, interna acida vitiosa, intra primarum viarum limites hærentia, absorbens; quæ, dum ita conjunctim ad universalem illam corporis portam tendunt, à bile, quam præterlabuntur, ⊽antur in colorem subnigrum.

Ob virtutes jam dictas *♂ dicitur optimum Melancholiæ, ut suprà innui, digestivum*; item *alexipharmacum mali hypochondriaci*, à *ZACUTO LUSITANO*; item *Panacea cachexiarum, tàm virorum quam mulierum & virginum*, tàm simplicium quàm scorbuticarum. Hinc est, quod omnes ♄res cachecticos ordinariè Mars ingrediatur, qui, quo simpliciores, eò præstantiores: sic solus pulvis ex solo croco Martis cum cinnamomo, & aliquot granis ambræ, magni est usus, utut simplex.

Notandum hic, quod post assumpta Martialia corpus sit movendum, atque convenienter agitandum; item omnia acida postmodum, sive in cibo seu in potu vitanda; quia Martem saturant, unde postmodum acidis his saturatus, vitiosa ⊖ia acida relinquit intacta.

Quæritur; *an limatura Martis cruda commodè adhiberi interne possit?* Resp. distingvendo inter illos, qui

qui habent ventriculum validum, & qui debilem. Illis conceditur; his vero denegatur: quia periculum est, ne ♂ in ventriculi fundo subsistens, illum pessundet, ructus nauseamque excitet, & appetitum dejiciat. Et refert *PANAROLLUS*, se post mortem eorum, qui usi fuerint Martialibus, in ventriculo limaturam Martis adhuc crudam reperisse, quia ventriculus fuerat debilis.

Præparata Martialia vel sub forma liquida exstant, vel sub forma sicca: Illa tincturæ; hæ croci, nomine veniunt. Et sanè liquida Martialia siccis vel crocis præferenda esse putarem, quia in iis ♂ magis est dissolutus, in his magis compactus, majoresque ventriculo parat labores & dolores.

Crocus Martis dicitur à colore, quem exhibet, subflavo. Est autem nihil aliud, quàm Mars in Rubiginem solutus. Dividitur vulgò in duplicem; adstrictorium & aperitivum: sed falsò; Mars enim, ut suprà monitum, per se semper adstringit, aperit verò tantùm per accidens: Vid. *TACCHENIUS*, & *suprà*.

Crocus Martis adstringens paratur calcinando Martem in igne forti, in qua calcinatione abit in pulverem subrubicundum, qui (ceu notum) dicitur crocus Martis adstringens. *In hac calcinatione Mars in pondere suo augetur*, ut ℔j post calcinationem unciis duabus ferè aucta appareat. Hoc augmentum ponderis Marti accedit ab Acido carbonum sese in Martem insinuante. Alii compendiosiori modo Crocum Martis paraturi, pulverem rubicundum levissimum & impalpabilem, baculis ferreis adhærentem, (qui in furnis Chymicis adhibentur) *abstergunt cum pede leporino*, crocumquè non incommodum acquirunt.

Usus hujus croci est in illis affectibus, qui opus habent adstrictione, in omnibus fluxionibus, tàm sangvineis, quàm excrementorum, in dysenteria, diarrhæa, &c. *Externe ingreditur pulverem* stypticum Crolli, item emplastra vulneraria & styptica Chirurgorum, & Opodeldoch Paracelsi. Summoperè prodest in ulceribus, in curando eorum corrosivitate, quod præstat, dum absorbet eorum Acidum corrosivum. Crocum Martis facilè parabilem habet *MINDERERUS in Medic. Milit. pag.* 270.

Convenit cum hoc Croco Martis in omnibus terra Vitrioli dulcis, quæ nihil est aliud, quàm crocus metallorum, sive Martis sive Veneris: & haud immerito dixerim, terram vitrioli dulcem nobiliores adhuc, quàm Crocum Martis simplicem, præstare effectus.

Crocus Martis Aperitivus, commodius forsan Alterativus diceretur, quia post usum hujus crasis massæ sangvineæ vitiata redit, & quatenus absorptis salibus vitiosis, digestionum errores spontè curantur. Inde protinus patet, quod omnes Croci Martis aperitivi non sint parandi cum nimis Acidis; aliàs saturantur cum ☿, & in corpore stabulantia Acida, (quia jam antè saturati) intacta relinquunt. ♂ enim facillimè ab omnibus Acidis, tàm mineralibus quàm vegetabilibus, corroditur: propterea pro scopo alterativo præparandus est vel blandis Acidis, vel planè insipidis, Martis corpus durum leniter aperientibus. Quidam laminis Martis probè ignitis magdaleones ♃is admovent, ut illæ liquescant, & forma granulorum in ▽m suppositam decidant, quæ in pulverem conterunt: Verùm crocus hic nullius usus est. Magni æstimatur sequens præparatio:

Rec. *limatura Martis:*

Huic affunditur parum ▽*æ simplicis*, & exponitur radiis ☉aribus in diebus canicularibus: tunc intra paucos ♂ eadem limatura vertitur in Crocum, & ingens excitatur effervescentia.

Fundamentum hujus operationis consistit in eo, quod Acidum copiosum in Marte existens ab ▽ dissolvatur, & postmodum accedente ☉is calore proprium corrodat corpus, & in crocum talem corrodat, qui est maximè aperitivus; quoniam nihil Acidi externi accessit, quo se saturasset.

Sic quoque *Mars aëri expositus, ab eodem humectatus, abit in Rubiginem*; Ab Acido enim in ≏e existente, & in Martis corpus se insinuante, illudque in crocum seu Rubiginem corrodente, oritur Crocus hic: unde optimè præcavetur hæc Rubigo per alcalia, in specie per ☵ ☾i deliquium, quia *alcalia destruunt Acida. Contra rationem etiam gladii aliaque instrumenta ferrea oleo communi inunguntur, ut hoc modo à Rubigine præserventur:* Notum quippe est, quod ☵ commune scateat copioso Acido, quod potius corrodit quàm præservat; unde potiùs *cum alcalibus talis cura instituenda erit.*

Quidam ut preparent Crocum Martis aperitivum, aquam simplicem acuunt cum alcalibus, in specie cum sale absinthii fixo, eamque in loco tepido limaturæ Martis aliquoties affundunt, sicque acquirunt Crocum Martis Aperitivum seu Alterativum. D. D. *MICHAELIS*, Professor & Practicus Lipsiensis, paravit Crocum Martis Aperitivum cum lixivio ex cineribus herbarum dictarum aperientium, ut fumariæ, absinthii, Genistæ, fraxni, &c. facto; item spiritu ☉ii, affundendo crebriùs horum lixivium limaturæ Martis, & vocatur Crocus Martis Aperitivus cum salibus: Vid. Sennertus Prax. l. 4. P. 6. Sect. 1. cap. 2. Verùm *Crocus hic cum salibus præparatus parum valet*; quam primùm enim ☉ia in lixivio contenta cum Marte commiscentur, ea (dum cum Marte concurrunt) abeunt in corpus calciforme, prorsus pro hoc scopo inutile: Utcunque enim coquatur Mars cum ☉ibus alcalibus, nunquam tamen idem alteratus deprehenditur: sed in tali præparatione ▽ tantùm solvit Acidum Martis, ☉ibus intereà nihil facientibus. *Sunt qui præparant Crocum Martis Aperitivum cum vino, non in elegantem.*

Pertinet huc *Tartarus Martialis*, qui fit, dum solvitur *Tartarus* in ▽ ferrariorum: huic solutioni additur postmodum anà limaturæ Martis; Unde Acidum tartari rodit Martem, postmodum filtratur & evaporatur, solvitur denuò, & in loco frigido generantur Crystalli, quæ egregiæ sunt in morbis chronicis, in specie in mensibus deficientibus. Huc vocari posset præparatio illa secretissima *VVILLISII de fermentatione*, quam quoque videre potestis in *Epistol. BARTHOLINI*, & fit cum ana *cremoris* ♃, & ▽; quod certum est.

Damnantur meritò *& exploduntur* omnes *præparationes nimiis Acidis*, e. g. cum ▽ forti, spiritu nitri, Vitrioli, ☉is, ♃is & aceto *facta*; item *calcinatio* illa *furoria* cum magdaleonibus ♃is, dum nimirum ♂ intentissimè ignitum admovetur ♃i, hoc inflammatur, acidoque suo spiritu Martem corrodit, ut instar ceræ liquefactum granulatim decidat in vas suppositum, aquâ plenum: Vid. Schrœderi Pharmacopœia. Granula hæc postmodum subtilissimè trita in Crocum Martis evadunt, qui cum sulphuris pulverisati ana mixta denuò in crucibulo ad illius deflagrationem calcinari solet. Cùm verò jam sit Acido ♃is saturatus, nullas in corpore exsetit virtutes, quin potiùs ventriculum onerat; est enim calx fixissima nullo liquore solubilis, & sanè est præparatio

pessima, utut à non nullis extollatur. Similem etiam censuram meretur *Crocus Martis cachecticus Zwelfferi*, qui cum nitro præparatur.

Hæc de Crocis Martialibus: Sequuntur nunc *Martialia liquida*, quæ communiter *nomine Tincturæ veniunt.*

Dividuntur vulgò *in Adstringentes & Aperientes*, quamvis quid de hac distinctione sentiendum, ex præcedentibus videre sit: Talis adstringens ℞ est ℞ ♃is Vitrioli, &c. *Pro scopo Aperitivo acquirimus Tincturas Aperitivas, si extinguatur Mars ignitus in menstruis sub acidulis vegetabilibus, aut liquoribus Alcalicis.* Nam ▽ ferrariorum est egregia pro scopo adstringente in dysenteria, &c. Pro fine aperiente in Cachexia & ictero. Hinc videre est, quid habendum sit de duplici Martis virtute, Adstrictoria scilicet & de obstruente. Sic quoque si ♂ ignitus in Menstruis subacidulis vegetabilibus aut liquoribus Alcalicis extinguitur, ℞ inde Alterans prodit non contemnenda:

Tinctura enim Martiales, nimiis Acidis præparatæ, parum æstimantur; quia jam extra corpus saturatæ, intra corpus assumptæ parum aut nihil operantur; si verò cum Alcalibus aut blandis acidulis præparentur, suam merentur laudem. Melius igitur proceditur, si limaturæ Martis affunditur Vinum; tunc enim fit, ut Acidum Vini rodat Martem & imbibat; unde tale Vinum cum pauco cinnamomo propinatum miros præstat effectus in cachexia & morbo hypochondriaco, aliisque fœminarum morbis: Vid. *PANAROLLUS* qui *cum succo cichorii solvit limaturam Martis, paratque exinde Tincturam Martis egregiam. Hic quoque spiritus panis acidus volatilis promptè solvit Martem in ℞am Rubineam*, miros in affectibus chronicis exhibentem effectus. Ad Tincturas Aperitivas pertinet illa *Tinctura Vitrioli Martis Zwelfferi*, quæ paratur ex *Vitriolo Martis cum spiritu Vitrioli*, aut *per calcinationem cum sulphure* parato, & partibus duabus *terræ foliatæ tartari* ritè paratæ; quæ sanè multi est commodi: Vid. *ZVVELFFERUS in Mantissa spagyr. pag. 337.* qui egregia & lectu præ omnibus aliis habet verissima. Sub præparatione ℞æ hujus Vitrioli Martis Zwelfferi sæpè evenit, ut conjunctione Vitrioli Martis & ♃æ foliatæ ♂ è Vitriolo cadat; unde ℞ hæc magis est tartarea, quam Martialis: Hinc loco ℞æ hujus quidam eam in forma sicca præparant ex ana ♃æ *foliatæ tartari & Vitrioli Martis*: quam Misturam exsiccatam, & in pulverem ex nigro rubescentem redactum, vocant ⊖ *Martis compositum*, aut *Magisterium Martis* ☉latum.

Nec suo usu caret *Essentia Martis tartarisata Ludovici*, quæ fit, quando recipitur *Vitrioli Martis & Crystallorum tartari* ana, solvuntur & inspissantur ad mellaginem, postmodum affundunt ▽, & acquirunt Essentiam Martis ☵isatam, quæ optima est Cœliaca mucum abstergendo, affectibus renum & vesicæ, item ☵æ.

Vitriolum Martis paratur aut per Calcinationem cum sulphure, donec deflagrarit; aut per corrosionem cum spiritu ♃is aut Vitrioli cum tribus partibus aquæ simplicis diluto, affundendo limaturæ Martis, & solvendo: Solutio filtrata in loco frigido crystallisatur alium *modum conficiendi* ☉ *Martis* videbitis *in Medic. Milit. MINDERERI pag. 271.* Pertinet huc quoque *VITRIOLVM MARTIS RIVERII*, qui

℞. ∽ ☉*li rectific.* part. j.
▽ part. ij.

Infundit in vas ferreum, digerit, & in frigore ad crystallisandum reponit.

Hi Crystalli magni sunt usus, quoniam Acidum Martis additione ▽ mitigatum & edulcoratum fuit.

Huc anectenda venit ℞ seu *liquor Martis* ☉*aris*, quando nempe *minera Martis* ☉*aris* in ♎e efflorescit in ☉, quod cum sufficienti quantitate *Roris Majalis destillati*, vel alius ▽ *appropriata*, solvitur & filtratur. Ex *hac*, cum ana *liquoris terræ foliatæ tartari*, fit ℞ *Martis extemporanea* rubicundissima.

Ad Martialia Aperientia *liquida* pertinent *Noduli Alterantes ex vegetabilibus, cum limatura Martis vino infusis, qui valdè convenientes sunt in morbis chronicis*, in quibus quoque Infusa Martialia non sunt contemnenda.

Cum similibus blandis & simplicioribus Menstruis etiam ℞æ Martis fiunt; *Quidam* enim *Tincturam Martis parant cum succo Acetosæ*, alii cum succo tamarindorum, alii cum musto, alii cum succo berberum, *ROLFINCCIUS in Chymia* cum vino Malvatico. *Optima tamen est, quæ fit cum succo pomorum Borsdorffianorum*: solutio inspissatur, cui postmodum affunditur ∽ proprius, vel vini ☵isatus, vel alius conveniens, & fit elegantissima Essentia Martis, *conveniens affectibus chronicis contumacibus, in specie in Quartana.*

Denique ad Præparata Martialia in forma sicca etiam pertinent *Flores Martis*, de quibus & exinde paratis medicamentis vid. *ZVVELFFERUS*, quilectu dignissima super hunc locum profert; & ausim dicere, vix paria in toto volumine invenire posse. *Mars* nimirum *cum ana* ⊖is *Ammoniaci* per cucurbitam terream vitreatam *sublimatur in flores* qui cum massa, in fundo cucurbitæ relicta, commisti, & ♎i humido aliquamdiu expositi, cum parte dimidia ⊖ χci jungunturⁿ, & de novo in flores *rubeas* ♎antur: Acidum enim salis Ammoniaci corrodit Martem, & partes Martiales secum in sublime rapit. Ex his cum spiritu vini vel alio appropriato ℞ flava potest extrahi, quæ abstractione ∽ ad medietatem rubicunda apparet. *Flores* hi à ⊖e ammoniaco edulcorati dicuntur *Anodyni*: vi fulminante gaudere quidam dicunt, sed falsò.

Chymici Curiosiores *conantur producere Martem fulminantem, qui* utut à quibusdam in dubium vocetur, *revera* tamen *datur, modo encheirises quædam observentur. Fundamentum Martis fulminantis* in convenientia ♃is Martialis cum sulphure ☉is, consistere dicunt: sed utut ☉ & ♂ in radice conveniant, eadem ratio, ac suprà de auro fulminante dictum, subesse, adeoq; pariter in displosione quadam, ex ⊖inarum particularum dissociatione & disgregatione orta, consistere videtur. *Paratur* autem *Mars fulminans*, si ♂ solvatur in ♈ & præcipitetur cum oleo ☵i per deliquium parato. In hac præparatione notandæ sunt sequentes encheirises.

1. *Observandum est exactè punctum saturationis*: hoc nisi fiat, omnis spes fulminandi perit.
2. *Ne præcipitatio nimis sit subitanea*: si enim effervescentia oriatur nimia, vix fulminabit.

Bezoardicum Martiale paratur ex Regulo Antimonii Martiali in butyrum destillato, & cum spiritu nitri ☵ato: Vid. *ROLFINCCIUS. Usus ejus* est in hydrope, hinc in cachexia & ictero; in specie in hydrope optimum esse, testatur *ROSENCREUZERUS.*

LECTIO XXXV.
DE
VENERE.

VEnus seu Cuprum est metallum ratione principiorum & compositionis Marti affine, utut nobilius. Constat sulphure copioso, ex parte fixiori, quàm

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0492-9 DFG

quàm est sulphur Martiale, hinc de Mercurio plus participat quàm Mars, adeo, ut sulphur & Mercurius ferè sint in æquilibrio in cupro, terrestreque principium copiosius est in cupro, quàm ferro; hinc quoniam plus de Mercurio & sulphure habet, citiùs funditur quàm ferrum, promptiusque inflammatur: sic cum ⊖e ammoniaco Venus potest inflammari, quatenus ⊖ ammoniacum extrahit interhum sulphur Veneris, illudquè extravertit, ut eò citius flammam concipiat: Item ratione Mercurii copiosi Venus optimè misceri potest cum sole & luna, ita, ut eorum fusibilitatem non impediat. Contrarium fit in Marte & reliquis metallis, quæ non misceri cum ☉e & ☽ possunt, quin eorum impediunt liquefactionem, solubilitatem & ductibilitatem.

Imprimis *in Cupro consideratione dignum est sulphur*, de quo *BASILIUS VALENTINUS* dicit, *quod tingat lunam in solem*; quo de alibi dictum. De ♎e Veneris elegantem conscripsit Tractatum *POLEMANNUS*, libro *de Sulphure Philosophorum* inscripto, qui sanè jucundus est in theoria, sed in Praxi pauci momenti; & certum est, quod, ubi *POLEMANNUS* hunc Tractatum scripsit, nondum sciverit volatilisare ⊖♀, ceu ejus ex discursu de hac materia ipse satis intelligere potui. *Quod* verò *in Venere sit sulphur illud benedictum, ex quo HELMONTIUS oleum seu ignem Veneris paravit, extra omnem dubitationis aleam est*: Vid. *Tractatu in Herbis, Verbis & Lapidib. Magna Virtus*; item *Butler. Beneficio hujus sulphuris Veneris Curationes Magnetico-magica fiunt.*

Ex hoc sulphure Veneris fit, ut caput mortuum Vitrioli Veneris curet dysenteriam, si scilicet excrementa dysentericorum super ♀ Vitrioli Veneris emittantur, & mox fluxus ille periculosus sistetur. Hoc secretum fuit D. D. *CNOEFFELII*.

Sulphur & Mercurius in æquali sunt proportione in Venere, unde emergit Veneris volatilitas, quæ tanta est, ut si fortiori subjiciatur igne, exhalante parte Mercuriali, terream quoque secum abripiat, Venere ferè totâ in auras abeunte.

Insignis affinitas Veneri cum luna intercedit, adeo, ut raro unum sine altero effodiatur, hinc quoque *utraque exhibent, colorem sapphirinum* s. ☽immelblau; item ex hac convenientia radicali est, quod ambo vim habeant purgantem. Sic datur ☽ hydragoga, in hydrope multum conferens. Ita & Venus tam vim catharcticam, quàm emeticam, satis superque ostendit: Unde *periculosum est, Venerea intus exhibere*, propter nauseam, vomitus, & secessus lethales; quos excitat; ideò interna remedia ex Venere sunt vel nulla vel pauca.

Cuprum cum lapide calaminari mistum constituit Orichalcum; nempe Veneris part. C, & lapidis calaminaris part. XXX. miscentur, fortiquè igne agitantur, ut fiat inde Orichalcum.

Acida quæcunque si fuerint fixa & fortiora, rodunt Venerem in vitriolum; sin volatiliora & blandiora, in ⊕. Hic notatu dignum est, quod alcalia volatilia solvant Venerem, Martem verò relinquant intactum. Ratio est, quod promptiùs alcalia aggrediantur sulphurea; jam verò Venus plus sulphuris in se continet, quàm ♂: v. g. spiritus ⊡æ tingit Venerem in colorem ultramarinum seu sapphirinum, qui color est index ♎is metallici ♀ interni; reliquæ verò Veneris solutiones per Acida factæ, sunt virides. *POLEMANNUS*, aliique ejus sectatores, innuunt sulphur ex Venere eliciendum esse per salia volatilia, seu per alcalia fixa volatilisata.

Calcinatur aliàs in crocum cum sale aut nitro, quo superficies tantùm exterior laminarum corroditur; quæ ▽ edulcoratæ crocum quidem, sed in parva quantitate, suggerunt. Per stratificationem autem cum sulphure totum ♀ in crocum redigitur, qui edulcoratus nil valet: est enim corpus ab Acido ♎is saturatum: Post Calcinationem autem cum Acido ♎is, mediante ▽ in ⊕ cæruleum crystallisari potest: Vid. *CROLLII Basil. Chymica*, & *BEGVINUS Tyrocin. Chymicum.* Fit verò Ærugo, si cum *lamellis Veneris & Vinaceis* fiat S. S. S. Misturæ postmodum affunditur

℞ *i* pars j.
⊡ *a pueror.* part. iij l. jv.

Reponuntur ad tempus in loco calido, tandem eximuntur, & *ita laminæ* omnes à volatili *Vinaceorum* aciditate (quam aciditatem Vinacea eructant propter blandam effervescentiam aceti & ⊡æ) *erunt corrosæ, & satiscent in Æruginem, qui Germanis audit* Grünspan.

Hoc *viride æs* lege artis *destillatum, dabit spiritum volatilem acido-⊖sum, ex vinaceis, urina & aceto destillato ortum, quem pro liquore alcahestico venditat ZVVELFFERUS. TACCHENIUS* verò nihil aliud hunc spiritum esse dicit, quam simplex ✳ (quanquam multum ab aceto destillato differat hic ∽) plurimaque in eo latitant singularia. Fit verò hic ∽ duplici modo, vel *ex crystallis* ⊕, aut ⊕ *simplici*: uterque instar ♈ inflammabilis est. Quoad

I. Rec. ⊕:

solvunt in ✳, filtrant & crystallisant; sic acquirunt *crystallos virides*, quas destillant per ♋am igne aperto, & prodit ∽ *acidus*, qui rectificatus multis affectibus proficuus est.

Melior tamen *modus* est *II*, quô

Rec. ⊕
fabuli l. ∴*æ* à part. æqv.

Mixta destillantur; sic prodit ∽ volatilis præstantissimus, qui egregium præstat tàm in Medicina quàm Alchymia effectum.

In specie valdè convenit hic ∽ in lethargo & similibus affectibus soporosis.

Ex hoc ⊕ *cum Gummi Ammoniaco paratur spiritus* acidus *compositus*, qui dicitur ∽ ⊕ *cum Gummi Ammoniaco*:

Rec. ⊕ part. ij.
G ✳*ci* part. j.

Misceantur & destillentur, & prodibit ∽ acidulus optimus.

Vel *melius*:

Rec. ⊖ part. iij.
G. ✳*ci* part. ij.
♎*is citr.* part. jß.

Misceantur, destillentur, & prodibit ∽ acidus volatilis, qui in affectibus asthmaticis optimum est remedium. Est ∽ *Asthmaticus D. Michaelis.*

Alius ⊕ *crudum nullam utilitatem & efficaciam habet in Medicina, nisi quod externè in Chirurgia adhibeatur*; unde basis esse solet Ungventi Ægyptiaci, item Ungventi Hildani, &c. quæ in ulceribus cacoëtheis aliisquè periculosis magni sunt auxilii. Hic quoque externa pro basi concurrunt in compositione ▽rum viridium dictarum in ulceribus scorbuticis, Gallicis malignis, &c. Aliàs *de Venere vix aliquid tutò adhiberi potest interne, nisi ejus sulphur anodynum prius fuerit extractum.*

LECTIO XXXIV.

DE SATURNO seu PLUMBO.

SEquuntur nunc Metalla molliuscula, scilicet *Saturnus & Jupiter.* Hæc *multum possident principii*

cipii Mercurialis, unde facilè fluunt. In specie *in Saturno seu Plumbo Mercurius inest copiosus*, ob quem facile fluit in igne; & quidem Mercurius hic Saturni est *immaturus, & non ritè fixatus*, unde fit, ut calcinatus perdat quid de pondere suo: *Huic Mercurio parum adjunctum est sulphuris*, quantum scilicet sufficit pro coercendo Mercurio, *minimum verò ☵ae salinæ* inest Saturno: Unde ♄ ratione principiorum in compositione contrarius est Marti.

Ratione abundantis in Saturno Mercurii fit, ut ♄ omnia Metalla, præter Solem & Lunam, absorbeat, unde ratio artis probatoriæ dependet. Nimirum *in cupella probatoria Saturnus omnia Metalla absorbet, exceptis Sole & Luna*; quia ☿ ejus seu Alcali volatile cupit saturari ☵ ⊖inâ reliquorum metallorum, cujus ipse ♄ minimum possidet. Cum verò ☉ & ☽ nimis compacta sint corpora, inepta sunt quibus ♄ saturetur, adeoque ea relinquit intacta. Aliàs *magnam habet ♄ convenientiam cum Luna*, unde *in calcinatione Saturni*, si non semper, *ut plurimum* tamen *reperitur Luna.*

Quidam asserunt, quod *si Saturnus calcinetur beneficio speculi ustorii* per radios solares, loco lunæ aliquot grana solis exhibeat; ita, & luna in solem mutata sit. Fides sit penes expertum.

Præparata Saturnina quod attinet, *purgatur Saturnus* admodum *SCHROEDERI.*

Calcinatione Reverberatoriâ abit primo *in calcem cineream* continuatâ in *ochram flavam* factitiam, Bleygelb, & tandem *in minium*, quod cum sale ammoniaco ♎*atum* denuo *albescit. Notandum, quod minium augeatur in pondere:* v. g. si recipiatur Saturnus crudus ad ℔j, post calcinationem erunt ℥xiij. Ratio petenda est ex ♃e carbonum; particulæ enim acidæ ♃is carbonum in igne exhalantes, jungunt se cum ♄i substantia, ipsiquè adhærentes augent minii pondus. Ex *minii* part. ij & *silicum calcinatorum* parte j in crucibulo fusis, donec colorem instar Rubini acquirat, fit *Vitrum Saturni*, quod super tabulam æneam effundatur. Alium modum habet *GLAUBERUS in Furnis Philosoph. P. 2. pag. 151.*

Cum omni acido se conjungit ♄, & solvitur imprimis ac expetit acidum aceti volatile, à quo solvitur anteà calcinatus, & acquirit saporem dulcem: Aliàs *si conjungatur cum acido, augetur pondere.* Ut plurimum autem cum alcalibus, verbi gratiâ ♀, cum borrace, &c. funditur; tunc enim alcali absorbet acidum, & ♄ pristinum reassumit corpus.

Per calcinationem immersivam redigitur Saturnus in calcem ut plurimum dulcem, dictam Saccharum Saturni: Nimirum solvitur *calx ♄i, cerussa, minium*, aut *lithargyrium* cum *aceto destillato*, vel *spiritu* ⊕, aut *formicarum acido*, solutio decantatur, filtratur, & abstractâ humiditate ad crystallisandum reponitur: *Crystalli hæ depuranda crebris solutionibus, & tandem abeunt in Saccharum Saturni. In hac præparatione notandum*, quod non omne omnino ✝ abstrahendum sit à soluto; quia aliàs periculum imminet, ne fulminet ♄, quod non raro contingit, teste experientiâ propriâ. Similiter *crystalli fiunt ex minera Saturni cum aceto destillato, acuato spiritu nitri*; hoc modo solvit mineram, & in crystallos corrodit. *Saccharum* hoc *Saturni* interno usu *quodcunque acidum absorbet*; propterea in malo hypochondriaco, in specie melancholia hypochondriaca, singulare est remedium: item *in Quartana contumacissima* ante paroxysmum quidam fuit, qui propinavit, sed in dosi solito majori, scilicet ad ℈ij. Cæterùm *cum lapillis cancrorum ad gr. xv. in eadem Quartana si exhibeatur, multi erit usus.* Porro *in phlogosi, ex effervescentia salium vitiosorum exorta, multum prodest*; item *in erysipelate, scorbuto cum vitio splenis enato, singulare est experimentum Saccharum Saturni.* Hinc *in dysenteria ratione virtutis suæ aluminosa & adstrictoriæ multum præstat commodi.*

Quæritur: *an saccharum ♄i sine sterilitatis metu possit intra corpus assumi?* negant, qui ♄i mineralis cum Saturno cœlesti convenientiam magni faciunt, quippe qui in fœcundas dicitur reddere: sed vanum est, & sine fulmine fulgor. *Ex saccheri ♄i part. iij. cum vitriolo Martis depuratissimi part. j. mediante spiritu vini ♃isato extrahitur Tinctura illa antiphthisica D. Michaelis*; quæ valdè adstringit, estque commodum satis remedium in consolidandis pulmonum ulceribus, renum, aliarumque partium exulcerationibus.

Saccharum Saturni cum vitriolo Martis si destillatur per retortam, sublimatur Hæmatites Artificialis, hæmatiti nativo, qui ex suis eruitur fodinis, quam simillimus: unde facilè colligi potest, ex quibus principiis hæmatites constet:

Calcinatio Saturni vaporosa dat Cerussam, quæ nihil est aliud quàm Saturnus calcinatus vapore aceti: & quidem pro usu medico ♄ cum aceto, vel potiùs cum vapore aceti, calcinatur in loco calido, in saccharum ♄i, ad modum *ZWELFFERI in mantissa Spagyr. pag. 347.* pro Alchymistico vero cum aceto destillato, in quo ⊖ ammoniacum solutum fuit; sic enim pulcherrima & subtilissima habetur Cerussa.

Usus Saturni externus tantus est, ut *PARACELSUS quartam Chirurgiæ columnam constituere dixerit:* Nec immerito; *absorbendo* enim *acidum Vulnerum ulcerumque egregiam navat operam*, unde plurimorum emplastrorum, v. g. albi, cerussæ, simplicis & camphorati, de minio, &c. basis est: item *emplastrum de cerussa cum aqua spermatis ranarum* absorbet Acidum, quod inflammationem excitat, *in erysipelate prodest*: item *in cancro occulto medicamenta Saturnina* (quia absorbent Acidum, mali Autorem) *valdè prosunt*, unde quoque Medici vulgares & Chirurgi præcipiunt, ut præparentur omnia Ungventa ♄ina in mortario plumbeo, ut ramento hi mortarii commista Ungventis, eo meliùs absorbeant mali causam: sic in ulceribus scorbuticis & malignis, item in scabie Saturnus, & ex eo parata remedia, multi sunt usus. Ad maculas faciei, in specie Gutta Rosacea, den Kupffer Handel ac varis, lentiginibus, & in genere in omnibus cutaneis affectibus, dicta Saturni remedia post Mercurium dulcem sunt optima, imprimis vero cerussa: quia corrigunt acidum subcute, ex prohibita insensibili ratione collectum: Sic cerussa cum aqua spermatis ranarum, item aqua calcis vivæ, cum saccharo Saturni in ambustionibus absorbendo acidum optimè conducunt. Pertinet huc *Ungventum Nutritum de Saturno*, quod fit ex *solutione Saturni* cum sufficienti quantitate *olei olivarum* aut *rosacei*, tamdiu in mortario agitando, donec acquirant consistentiam ungventi. Cum oleo olivarum fit albicans; cum oleo rosarum verò luteum redditur: aciditas enim aceti in saccharo Saturni concentrata latentem rubedinem in oleo rosarum resuscitat.

Porro *si saccharum Saturni destillatur* per retortam, prodit

1. *Spiritus volatilis* ardens.
2. *Oleum* duplex; primo nempe *rubrum*, post *nigrum* empyreomaticum.

Hunc spiritum ardentem vulgò dicunt esse ex substantia Saturni, sed est impostura; *revera est spiritus aceti*, quo cum præparatum est saccharum Saturnini, *nihilque aliud quàm spiritus vini*, ab aciditate liberatus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0494-1 DFG

tus & *regeneratus. Certum* enim *est, quod in aceto inclusus lateat spiritus vini*, dum jam partes fixiores aceti rodunt Saturnum, eique adhærent, volatiliores ejus partes in destillatione fiunt sui juris, & leni prodeunt igne; Ubi verò △ intenditur, partes simul Saturni rapiuntur per ☾am, quæ abeunt in corpus oleosum. Patet itaque, quanti ~ hic Saturni Sophisticus sit habendus, hinc omnes affectus, quibus mederi debebat, coincidunt. Idem esto judicium de spiritu ardente coralliorum, qui itidem est Sophisticus, nihilque aliud, quàm fœtus aceti & ♈ regeneratus. Nam *acetum fit, quando sal acidum vini figit particulas salinas volatiles spirituosas:* jam, quando corallia solvuntur ab Acido ⊖e aceti, iisque adhærent, partes volatiliores fiunt sui juris, anteà in aceto fixæ existentes, & levi igne sub pristina ♈ formâ prodeunt.

Certum est, quod uti ex omnibus metallis, ita etiam *ex Saturno per se, sine additione aliorum nihil liquidi possit destillando acquiri, quin potiùs, si aliquid eliciatur ex iis, fit hoc additione aliorum*, unde hoc modo novum erit productum; aliquam tamen partem igne fusionis sursum vergeri, fumigatoria ☿ij per hoc Calcinatio docet. Occasione hujus destillationis recensendus quoque venit *modus destillandi Butyrum Saturni:* V. g.

℞. *Minera* ♄*i*, (non vulgaris, sed volatilis, Ein flüchtig Bleyertz / quæ subinde ex Ungaria apportatur)

☿△*ti* á part. æqv.

Pulverisata misceantur, & destillentur per ☾am; sicque acquiritur liquor crassiusculus, constans ex spiritu acido ⊖is communis, in ☿△ato contenti, & particulis ♄inis, quas ~ ⊖is unà secum per ☾am vehit. Præterea in collo ☾æ reperiri solet aliquid ♃, quæ constat ex Saturno & Mercurio. *Butyrum* hoc *Saturni consueto modo* rectificandum est, & postmodum cum ▽ simplici, eodem modo ac ex butyro Antimonii ▽ari potest Mercurius vitæ, ita ex butyro ♄i ▽atur ♁ albus ♄inus seu Magisterium Saturni, qui est ejusdem usus ac saccharum ♄nii laxat blandè.

Fit quoque *ex butyro hoc Bezoardicum Saturninum:* Nimirum butyrum ♄i ▽atur cum spiritu nitri, & hujus tripla abstractione, edulcoratione & calcinatione fit Bezoardicum ♄inum simplex, utpote quod non participat de Antimonio, uti alia Bezoardica metallica, *& est egregium remedium in peste, & febribus malignis pestilentialibus, item in morbis saturninis dictis, v. g. in malo hypochondriaco, &c.*

Solet in destillatione Butyri hujus ♄i aliquid simul de Mercurio vivo prodire, sed est tantùm vulgaris, resuscitatus ex ☿△ato. Cæterum, Butyrum hoc rectificatum si affundatur super novam mineram ♄i, & denuò destilletur per ☾am, tunc dicunt fieri, ut perfectus ☿ vivus ♄inus acquiratur; quod tamen novum erit productum, anteà non existens.

quidam parant Magisterium Saturni, ▽ando solutionem ♄ni aut cum oleo ☊i, aut cum spiritu ⊖is, vel vitrioli; quod magis convenit pro usu interno quàm externo.

Quod anteà de spiritu ♄i dictum, id valet etiam de floribus. Nempè *Saturnus per se nullos præbet flores*, quia ratione copiosi ☿ij facilè in igne liquescit, unde non potest △ari. Vulgò faciunt S. S. S. ex Saturno & ♃e, cujus Acidum in igne rodit ♄i corpus; post addunt ana ⊖is decrepitati, & duplum boli communis: Mixturam committunt ☾æ duobus tubulis constanti, die auff beyden Seiten einen tubulum hat / oben aber keinen / uni apponitur receptaculum, alteri verò follis: sic destillatur ~, & fortiori igne per follem aucto *flores in Retorta collo* colligantur, qui nihil aliud sunt, quam pars Saturni à spiritu ⊖is corrosa, quique benè edulcorati in medicina multi usus sunt. Ex hisce floribus cum salibus resuscitativis alcalibus, potest resuscitari ☿ corporum, scilicet Saturni:

Dictum superiùs, quod *saccharum Saturni valdoperè conveniat in morbis chronicis*; unde sunt qui faciunt *Balsamum Saturni ex hoc saccharo Saturni per extractionem:* Nempe sacchari ♄i ℥j affundunt olei destillati terebinthinæ vel juniperi, vel alius ℥ij, digerunt simul in ☵, donec abeant in colorem rubineum instar Balsami ♃is. Sed hac mistura invicem probè agitanda est, aliàs non colorabitur. Nec tamen hic color est à Saturno, sed tantum modò beneficio digestionis super corpus Saturninum extractus. Quidam huic Balsamo addunt Camphoræ ℥ij, & per noctem ulteriùs digerunt, ut camphora dissolvatur. Aliàs si debitè oleum tale cum saccharo Saturni uniri posset, esset Balsamum non inefficax in morbis chronicis. Certum est quod acquirant nil aliud, quàm ☵ simplex antea affusum saccharo Saturni, juxta modum quorundam. Quin ex hoc fundamento patet falsitas olei destillati ♄i dicti, hoc enim non Saturni, sed additorum refert prosapiam; ut plurimum nihil aliud est, quàm Acidum concentratum saccharo Saturni affusum, ex quo postea per destillationem fit oleum Saturni falsum.

Item fit de tincturis ♄i judicium: ♈ prompte imbibit adjunctum ☵, & nihil de ♄i corpore recipit; unde *certum est, quod omnes tinctura Saturni, quæ ubertim prostant in SCHROEDERO, nihil* prorsus *valeant*; Hoc enim Metallum est nimis Mercuriale, parùm verò *de sulphure* participans (de quo tamen *omnis tinctura oritur*) unde quoque parum vel nihil cum spiritibus oleosis ♃eis extrahi poterit. *Si verò balsamica oleorum balsamicorum virtus cum Saturno conjungi debet, cum nullo hoc alio Saturni subjecto fieri poterit, quàm cum saccharo Saturni.* Et tunc etiam fieret Balsamus ♃is valdè temperatus in affectibus internis multi usus, & majoris efficaciæ quàm vulgaris, qui in quibusdam pectoris affectibus, v. g. phthisi, hectica, &c. vix tutò adhibetur; cùm tamen, si cum saccharo Saturni præparatus sit, commodè illis prosit. Hic *externè* quoque, si fortè *hic Balsamus* sit nimis acris, commode *miscetur cum cerussa, aut Balsamo Peruviano, & erit remedium non inefficax.*

LECTIO XXXVII.

DE JOVE seu STANNO.

PRogredimur ad alterum ex mollioribus Metallis, *Jovem seu Stannum*, quod *cognatum est plumbo*; interim in multis ab eo discrepat. *Dicitur quibusdam* etiam *Plumbum album*; sed malè: Nam apud Veteres datur Metallum, quod dicunt ♄ candidum, deinde quoque ℤ, quæ tamen maxime sunt distincta. *Veteres per Stannum intellexêre Plumbum Cinereum* nostras *seu Bismuthum*, ita ut habeamus triplex ♄: Nigrum in vulgus notum, Candidum, & Cinereum. Nigrum est vulgò notum; Candidum est, quod nos dicimus ℤ; Cinereum juxta nonnullos est Bismuthum. Bismuthum statuitur Metallum certi generis; quibusdam verò dicitur semimetallum, ut & Antimonii Minera: Argento statuitur Bismuthum esse cognatum, unde à nonnullis vocatur *Argentum Metallum.*

Constat verò *Stannum* ratione principiorum ex

Mercurio respectivè copioso & puriore, magisq; maturato, quàm est Mercurius Saturni, non tamen perfectè fixato; unde mollior est & fugacior, quàm in metallis perfectis. Purior est, sed paucior, quàm est in Saturno; unde est, quod Saturnus sit ponderosior quàm stannum, hic verò minùs malleabilis, ob defectum principii Mercurialis, quàm ille. Contrà verò luxuriat in stanno sulphur copiosum, volatile admodum, & minus subactum, minusq; cum terra salina satis copiosè mistum, adeò ut stannum sit omnium metallorum porosissimum, propter deficientem intimiorem unionem: Quam ob causam fit quoque, ut cum aliis metallis mixtum difficulter rursus ab iis separari possit: v. g. cum Saturno si misceatur. inque igne fundatur, difficulter postmodum ab eo separabitur; unde *à quibusdam stannum dicitur Diabolus Metallorum*, quia reliqua Metalla, si non planè destruit, eadem tamen valdè alterat.

Præ cæteris insigniter alterat Venerem, quam friabilem reddit, quia utrumq; metallum est ♀ eum; unde ♃ cum Venere mistus agitatusq; in igne, flammam concipit. A sulphure hoc est, quod stannum colorem præbeat cœruleum: Ab eodè est quoq; quod remedia Jovialia moveant vomitus, nisi omne sulphur iis sit detractum: Ab hoc est, ut quidam dicunt, quod stannum in aqua forti accendatur; item quod stannum cum nitro, accedente quodam alcali, instar pulveris pyrii fulminet.

Usus Jovis crudi rarior est, ut ut quidam eundem usurpent in hysterica passione, sed methodo modoque ridendo; unde *præparandus priùs est, & posteà in usum vocandus.*

Calcinationes Jovis variæ in Chymicorum possunt videri libris, quæ tamen omnes non sine difficultate fiunt.

Granulatur ♃, si cum ☉is decrepitati ana indatur pyxidi cretâ illita, & benè agitetur; sic ♃ abibit in granula minima, quæ ab Acidis quibuscunque facilè corrodentur: Omnia enim Acida solvunt Jovem, tàm blanda quàm fortiora Acida; hinc ex Jove cum aceto destillato fiunt Crystalli.

Ad eundem modum, quo ex minio saccharum Saturni, ex Jove quoque granulato saccharum fit Jovis, quod non solùm in affectibus hystericis internè propinatur, sed & in aliis quibuscunque, in quibus saccharum ♄i, commendatum fuit. *Ridiculum verò est*, saccharum Jovis cum oleo aliquo umbilico, ad evertendam hystericæ passionis molestiam applicare, quod tamen quibusdam valdè familiare.

Ex minera Jovis præparantur *Crystalli laxantes, in hydrope & cachexia mulierum perutiles*:

℞. *Minera ♃is pulveris.* qv. v.

Solvatur in *spiritu nitri*, aut, quod præstat, in *aceto cum spiritu nitri acuato*: solutio filtretur, & factâ evaporatione justâ ad crystallisandum reponatur.

Optimè fiunt *Crystalli Jovis* cum spiritu Vitrioli aliquoties rectificato, si scilicet cum ~ *Vitrioli aliquoties rectificati* ℔ ij, *Mineræ Jovis* ℔ j, & duplo ▽ *æ fontanæ* mixti: sic solutione & evaporatione debitâ factâ Crystalli prosurgent egregiæ, quæ blandè educunt ▽s hydropicorum per secessum Dosis ad gr. iij.

Ex Jove cum Mercurio sublimato fit *Butyrum Joviale*, & cum spiritu nitri *Bezoardicum Joviale simplex*, quod *excellens est medicamentum in febribus malignis; item in purpura puerperarum, tàm alba quàm rubra.* In his & similibus affectibus usurpari quoque potest Bezoardicum Joviale compositum, de quo in *Chymicorum libellis.* Hisce affine est *Sudoriferum maximum Petri Johannis Fabri*, ex *Jove & Mercurio sublimato* beneficio destillationis paratum, *excellens remedium, ubi sudore opus est*, de quo vid. *FABER in Pantolog. & Panchym. Celebre* quoque ex Jove *medicamentum est Antihecticum Poterii*, cujus descriptionem videbitis apud *AUTOREM.*

Quæ aliàs præter jam dicta ex Jove prostant medicamenta interna, *non merentur attendi*; in specie *Tincturæ Joviales, quæ vulgò exstant, nullius sunt momenti:*

Et hæc de Metallis ignobilioribus dicta sufficiant: *Sequuntur* nunc *nobiliora* quæ *sunt* ☉ *&* ☽.

LECTIO. XXXVIII.

DE SOLE *seu* AURO.

COnstat Sol ex principiis metallicis defecatissimis, iisque maximè inter se unitis, & quidem ex terræ fixæ salinæ mediocri quantitate, sulphure defecatissimo quidem, sed pauco, & Mercurio itidem purissimo, arctissimo sibi invicem nexu unitis. Ex arctissima hac auri compage oritur ejus fixitas, quod sit Metallum fixissimum, item ejus indestructibilitas, quam vetus illud spagyricorum dicterium confirmat: Nempe *Facilius est Aurum construere, quàm destruere*; quod *BACONIS* effatum *HELMONTIUS* urget contrà eos, qui sua crepant Aura potabilia. Unde quamdiu est Auri indestructibilitas, tamdiu incerta manet & dubia ejus potabilitas: *licet* enim *centies, vel igne vel menstruis, tàm insipidis* quàm Acidis corrosivis, calcinetur Aurum, tamen reduci facilè potest. Stante hâc Auri indestructibilitate, manifestum evadit, nullum ex auro usum neque in Medicinam neque in Alchymiam redundare. Medici quidem, dum Auri folia variis miscent medicamentis, majorem iis gratiam conciliant, & pretium augent; sed virtutibus nihil addunt. Fabula illa de gallina ☉ concoquente, alibi satis est discussa. *Qui Aurum candefactum in Aqua appropriata extinguunt*, id quidem obtinent, ut liquor inspissatus flavescat, & pulvis flavus in fundo subsideat, qui à *LOCABELLO Theatro Chymicor. Arcanor.* in ictero valdopere commendatur: Vid. *BURRHUS in Epist. ad Bartholinum:* Verùm pulvis ille nihil aliud est quàm atomi aurei, ob compactissimam sui unionem nihil operantes, & facilè in aurum reducibiles.

In Alchymia quoq; est paucissimi *usus*, ut ideò *graviùs errent, qui ex Auri corpore metallico lapidem Philosophorum elaborare contendunt; qui tamen* non ex Metallis perfectis, sed *ex radice potiùs metallorum est quærendus.*

Præparata ☉aria varia vulgò prostant, nulla tamen Medici exspectationi ac intentioni exactè satisfaciunt. Tincturæ ☉ares à plurimis negantur, e.g. *LIBAVIO, ANGELO SALA* qui *Tractatu de septem Planetis Terrestrib.* sulphur ☉are reliquis illius partibus essentialibus ita alligatum, & inseperabiliter unitum esse dicit, ut hoc sine illius substantia reliqua à nullo menstruo imbibi possit; Unde concludit, quod Kæ ☉is vulgares nihil aliud sint, quàm superficiales corporis solaris in minimas particulas corrosiones, in verum ☉ facilè reducibiles, plus minusvè, quo plus minusvè convenienti menstruo soluta fuerit Auri compactissima moles: cui opinioni quoque favet *ZVVELFFERVS in Apend. ad Pharmacop. Augustan. pag. 59.* quam quidem in *Mantissa spagyr. P. 1. cap. 1. pag. 322.* iterum revocavit, quando △ genuinum à Mercuriali Auri corpore verè secerni posse, ita ut hoc album remaneat, asserit. Consistunt autem negantium rationes potissimum in hoc, quod auri textura tàm firma sit, ut ☉ facilius possit componi, quàm destrui. Interim probè notandum (ne facilè credatis) quod utut ☉ varias induat larvas, inquè varias redigi possit formas pervaria menstrua & operationes, nihilominus manet indestructibile; quod

quod ipse fatetur *LANGELOTT* de sua Triturat. & Defullatione, auri nempe residuum pondere equidem imminutum, beneficio borracis in corpus auri verum redigi posse. Sic ☉ fit medicamentum sclopetans, quam formam habet ex se cum menstruo alterata: sic evadit ☉ quoque volatile, si scilicet solvatur in menstruo appropriato, & imbibatur à charta bibula, quâ incensâ ☉ simul avolat. Melius succedit modus sequens, si scilicet tale ☉ solutum inspissatum cum spiritu vini impræg̃natur, qui incensus ☉ suum in auras rapit; sed tamen est ☉: sic sunt qui exhibent pulverem quendam solarem rubeum, quem dicunt verum esse auri ♃, quemque flamma arripiens in auras vertit, quod tamen adhuc verum est ☉, beneficio reductionis, quæ fit per alcalia, demonstrabile, saltem quod per artis auxilium eò redactum fuerit, ut larvâ indutum artificiali, mentiretur ☉is ♃. Nec de corpore ☉ari destructo & auri ♃e extracto sufficienter probari potest, quando opponunt, residuum auri corpus existere album & minus malleabile; cùm testante *ANGELO SALA c. l.* per fusionem cum Antimonio vel simili, in pristinum colorem & ductilitatem restituatur: Dum enim auri corpus à menstruis corrosivis ☿inis corroditur, pro varia mutatione particularum in textura etiam color & malleabilitas variare potest, donec particniæ ☿inæ à menstruo relictæ, & auri texturæ commistæ, per ignem expeliantur: multò minus *ZVVELFFERI* ratio de ♃e extracto aliquid probat; Mercurialia enim aurum facilè dealbant, adeò ut in salivatione Mercuriali moneta aurea in ore detenta mox albescat. Ast verò adveram & radicalem auri solutionem nulla admittuntur menstrua corrosiva, sed insipida; qualia an dentur? in utramque disputatur partem. Affirmativa videtur verior, & experientiâ munita. *Sunt qui cum spiritu Roris Majalis durissimam auri compagem solvere tentant:* Alii ex nive, alii ex ▽ nivis, &c. menstruum tale eruere conantur: *MEIERUS de Messe Aurea cap. 10.* testatur, Americanos menstruo quodam insipido ☉ ita mollificare, ut ceræ instar digitis tractari, eiquè gemmæ inseri pro lubitu queant: sic *LAUREMBERGIUS contra Salam* affirmat, se vidisse talem ▽m insipidam, in qua ☉ instar glaciei in ▽ calida liquefactum fuerit: Chymicum novi quendam cujusdam Archiepiscopi ▽m albicantem insipidam habere, qua ☉ spatio 6. horarum in liquorem rubicundissimum in igne non congelabilem solverit. Nullum ergò dubium, dari talia menstrua insipida, &Ræ ☉ares veræ: sed non cuivis datur adire Corinthum. Interim has quoque confirmat *TIMPLERUS ad PRÆVOTIUM in Hortulo Medico*, qui folia auri in mortario vitreo tam diu terit, donec in pulverem nigerrimi coloris & ♃ redolentem abeant, quem nullo modo in ☉ reduci posse dicit: quo etiam pertinet *experimentum AHASVERI PAYNCK BORRICHIO communicatum*, qui *folia auri cum saliva subacta* per ℞ 14. in mortario terit, donec in pulverem nigrum odoris ♃ei, nares fortiter ferientis, abeat: vid. *BORRICHIUS Apolog. contra Conringium.*

In præparatione medicamentorum solarium probè observandum, ut aurum, quantum fieri possit, purissimum & defecatissimum recipiatur, ne forsan ob adjunctam Venerem nauseam vomitusque detestandos creet.

Purificatur aurum, & à Venere cumprimis liberatur:

1. *Per Saturnum*; cujus part. iij vel jv cum auro in crucibulo vel super testam probatoriam fusæ adjunctâ huic metallâ imperfectiora aggreditur, iisque se saturare gestit; quibus aut cum Saturno evaporatis, aut in scorias redactis, ☉ intactum ad fundum dimittitur; cujus tamen aliquid ♃ rapit, nec semper ☽m ab auro separat: ideò minus tuta depuratio auri est.
2. *Per Calcinationem Cementatoriam*; quando laminæ ☉res cum cemento regali, (quod paratur ex ☿e communi, ammoniaco & ♄ato, addito duplo vel triplo *farinæ laterum* ad fluorem impediendum) mixtæ stratificantur, igniquè committuntur; sic hæc ☿ia metalla ignobiliora corrodunt, comburunt & absumunt, auro puro intacto. Hac ratione etiam ex auro Rhenano & Coronato ☽ separari, & ☉ depurari potest: Vid. *SCHROEDERUS in Pharm. ubi de Auro*, & *ROLFINCCIUS in Chymia pa. 87.*
3. *Per Antimonium*; cujus ♃ acidum omnia adjuncta metalla, etiam ipsam lunam, rodit & absorbet, ut postmodum ☉ remaneat depuratissimum: v. g.

Rec. ☉ri part. j.
♂ij part. jv aut vj.

Mista fundantur in crucibulo, tandem adjicitur aliquid mixturæ, ex *nitri* part. jv & *limaturæ Martis* parte j paratæ, sic cum strepitu valido & consueto flores capitellum ♄atorii conscendunt, & parietibus post detonationem sub Alcohol subtilissimi & purpurei specie adhærescunt, qui ab omnibus salium vinculis liberantur cum *spiritu vini, cum sale ⊡æ acuato*: tandem apparebunt varii colores, qui dicuntur *Oculi* perdicum. Post longam satis fusionem effundantur in calicem fusorium, & *Regulus* remanebit in fundo. *Scoriæ* istæ iterum fundendæ cum limatura Martis, ut, cum quid auri supersit, percipiatur. Regulum hoc modo præparatum denuò fundunt igne fortissimo, semper augendo ignem; sic omne ♂ avolabit, remanente auro purissimo. *Hac depuratio est optima, utpote quâ color auri summe exaltatur; cum contra fusione cum saturno pallidior evadat.*

Vulgares auri solutiones menstruo corrosivo fieri solitæ, non nisi salis communis additione peragi possunt. Si aurum cum luna fundatur, tàm plenaria atque intima horum metallorum fit compactior, commixtio, ut vix parem concipere possimus.

Separabitur verò luna ab auro, vel in aqua forti, vel in aqua regis, solvendo massam illam: Illa lunam solvit, ☉ verò sub calcis cujusdam minus solubilis formâ in fundum vasis dimittit; hæc ☉, intactâ lunâ. *Observari meretur, quod nisi luna partes iij, & ☉is pars j sumatur, aqua fortis massam non probè corrodat, solvatque:* si ergo sol ☽am antecellat, ♃ sumatur, ad partem unam *auri solvendi*, partes duæ vel tres ♃, & ☽ sub calcis albæ fundum petit. Aurum solutum, inque menstruo sic hærens, in pristinum corpus *reducitur* vel *per Mercurium*, vel per ☿ ☽, vel per *alcalia*, in specie cum spiritu ⊡æ vel oleo ♃i ♃atur: aut menstruum à calce ☉ari abstrahatur, quæ per fusionem in verum ☉ reduci potest sequenti modo. Calx ☉is cum aqua simplici probè edulcoratum & exsiccatum, in crucibulo probè candefiat, hinc cum pauco borracis injecti igne auctiori fundatur, & effundatur: si verò calx ☉is cum sale ammoniaco aut ☿ ♃ ♃ata fuerit, vim fulminantem acquirit; ideo hæc ante reductionem prius cum floribus ♃is, aut ♃e tantùm communi, destruatur, ut infrà patebit. Per Mercurium verò reducitur, quatenus hic cum omnibus auri atomis se conjungit, & beneficio

neficio ááátis in fundum secum rapit; igni verò admotus in auras avolat, & ☉ infundo relinquit. *Solvit* quoque *Aurum spiritus salis concentratus*, ut videre est apud *ZVVELFFERUM*; *item spiritus nitri bezoardicus*: sic quoque ∽ nitri cum proprio ⊖e (mit seinem Schalcke.) aut etiam ∽ nitri cum sale communi solutus (veluti dictum) solvunt ☉. Nec solum *salia* resoluta seu ∽, sed *etiam sicca salia & coagulata aurum solvunt*, dequibus videatur, si lubet, *ZVVELFFERUS in Animadv. ad Pharmacop. Augustan. pag. 466*, & *Mantissa Spagyr. 319*, qui hoc loco lectu dignissima habet: hinc enim solvit ♉, ☽ & ○ in ▽ simplici, in qua postmodum dissolvit ☉, & cum oleo tartari ⊼at in crocum rubicundum, qui *crocus* sanè vobis ad omnia præparanda medicamenta ☉aria sit commendatissimus.

Quæritur: *an salia volatilia urinosa habeant vim calcinandi & dissolvendi aurum?* Affirmatur cum limitatione: si sc. ☉ debito modo fuerit calcinatum, tunc *spiritus vini sale volatili urinoso impregnatus optime solvit solem*; quod etiam faciunt reliqua ⊖ia volatilia. Sic paratur *C. C. solare ope salis volatilis C. C.* quod *SCHROEDERVS l. a. pag. 365.* ex *AGRICOLA* describit: si scilicet fiat S. S. S. cum laminis ☉aribus & cornu cervi, donec adimpleatur crucibulum, quod in furno figulino reponitur, & eò usque calcinatur, donec appareat color purpureus. In hac calcinatione ⊖ volatile cornu cervi rodit ☉em in pulverem purpureum, medicamentum in febribus malignis & pestilentialibus, in specie in purpura mulierum, optimum & probatum est.

Aurum quoque *solvitur per áádationem* cum Mercurio: nempè

Rec. ☿*ij puriss.* part. vj l. viij:
cui calefacto immittatur
☉*ri laminati & calef.* pars j.

& cum *stylo ferreo* tamdiu agitetur, donec ☉ *colliquatum à Mercurio absorptum* fuerit: Hoc ááá mox ab igne remotum ▽æ infundatur, & cum *sale* ac *aceto* sæpiùs lavetur, donec omnis impuritas tollatur. Ut autem Mercurius ab auro iterum separetur, exprimatur per corium, & sic maxima ejus pars separatur; aut per ♁am destilletur, quo sic ☿ colligi, & ad alios usus asservari potest. Amalgamatio hæc auri cum Mercurio, quo sæpius instituitur, eò spongiosius ☉ redditur, ut per se in Alcohol subtilissimum redigi possit.

Ad has Calcinationes pertinet *aurum fulminans*: scilicet resolvitur ☉ per ♂ depuratum in ℞, ⊼atur cum oleo ☾i per deliquium vel spiritu ⊖ℵci, aliquantum edulcoratur, & calore leni & hypocaustì exsiccatur. Verùm *in hac præparatione notanda quædam sunt encheireses*:

1. Ut *solvatur Aurum in Aqua Regis, præparata* aut *cum ⊖e communi*, aut ⊖e *Ammoniaco*.
2. *Ut in præcipitatione cum oleo tartari* aut *spiritu ⊖is ammoniaci probè attendatur punctum saturationis*; hoc enim nisi fiat, & plus debito modo instilletur, vis fulminandi perit.
3. *Notabilis ▽æ copia huic Mixturæ affundenda.*

Fundamentum virtutis hujus fulminantis non consistit in sulphure auri, ejusq; cum sale nitroso concursu, uti *TACCHENIVS* putat; sed in displosione quadam, ex particularum ⊖inarum, calci ☉ari firmissimè adhærentium, dissociatione & disgregatione: conf. *VVILLISIVS de Fermentat. c. 10.*

Quæritur à quibusdam, *qui fiat, quod dum pulvis pyrius igni admovetur, fulmen superiora versus emittat; contrà verò aurum fulminans deorsum utplurimum fulminet?* Dico utplurimum: nam ex *VVILLISII* observatione constat, ☉ sursum versus fulmen suum evibrasse. Resp. Hoc fieri propter gravitatem & pondus auri. Quod verò ♂ pyrius sursum versus fulminet, hoc fit propter ♃ minerale nimis volatile inflammabile, superiora petens: contrà *aurum fulminans* non est inflammabile, sed saltem incandescit, & proinde solum fumum sursum, fulmen verò propter adjuncta ⊖ia sub displosionis actu deorsum cum impetu emittit. Melior hactenus non suppetit ratio. Patet id, si in cochleari quodam metallico ☉ fulminans accendatur, tunc ♂ flavus in cochlearis margine remanet, qui non potuit avolare.

Hic pulvis si intra corpus exhibeatur non edulcoratus, resolvit, abstergit & laxat; si verò optimè edulcoretur, sudorem pellit. Aurum hoc fulminans egregium est epilepticum & carminativum, tàm in puerorum quàm adultorum flatulentiis, feces reddit nigerrimas propter ⊼ationem auri in intestinis.

Aurum diaphoreticum.

Vis fulminandi eidem adimitur per acida, imprimis per Spiritum Vitrioli, ⊖is, aut ♃is, si hic ab illo cohobetur, aut ☉ fulminans per aliquot horas cum aceto continuâ agitatione coquatur; item si

Rec. ☉*ri fulmin.* partij
flor. ♃*is*, aut ♃*is comm.* p. j.

Mista fundantur, tunc non fulminat, spiritus enim acidus in fusione se exerens, impedit, ne possit ☉ fumen suum emittere.

Ex auro fulminante, imo ex auro per amalgamationem calcinato, & ♃e cicurato & ▽ digesto; *POTERIVIS* suum facit *aurum diaphoreticum*, quod diversis in locis imprimis *in pharmacop. Spagyr. l. 2. cap. 14.* & *in append.* diversimode describit, usitatissima est præparatio sequens: nempe.

Rec. ☉*ri fulminant.* aut *Calc.* ☉ *s per amalgam facta* pars j.
flor. ♃*is* aut ♃*is citr.* part. ij.

In mortario lapideo optime miscentur, cavendo tamen, ne fortiori trituratione incalcescat & fulminet: mixtura hæc in crucibulo in pulverem purpureum calcinatur, qui cum *Spiritu Vini rectificatissimo* blandissimo calore per ♂☌ 15. digeritur, postea ▽ hic aut per MB abstrahatur aut ♂ accendatur.

Sine calcinatione quoq; cum floribus ♃, sed sola auri áááti digestione *POTERIUS* & *ZVVELFFERUS* ☉ diaphoretic. paranti quod tamen ille per 4 saltem ☌; hic autem per aliquot septimanas digerit in pulverem rubicundũ, huncq; tandẽ poterius cum spiritu vini infimo equino ulteriusper 15 ☌ circulat.

Porro ex auro fulminante fiunt *flores auri purpurei* hoc modo

℞. ☉ri fulmin qv. v.

Affundatur ▽ *ab omni phlegmate depuratus*, imponatur campanæ vitreæ, ut fieri solet in destillatione olei ♃is: sic accenso ▽ fulmen, quod aliàs inferiora petit, adscendet & ♃ simul aureum elevabit in flores, qui optimum sunt Sudoriferum.

Ex eodem auro fulminante ♁am per tubulatam quoque parantur *flores*, si scilicet in ♁ aut cucurbitam tubulatam, vel cupream, vel, quæ melior, argenteam, probè in capella candefactam, imponantur grana ij *auri fulminantis*, sic fulminando elevabuntur flores rubicundi, qui partim in Recipiente amplo præposito, partim in ♁ collo, aut alembico, colliguntur, idque repetitur tamdiu donec florum sufficiens quantitas collecta fuerit: conf. *BOYLE in Chymista scepticо T. 2. p. 4.* qui parvæ ⊖inæ cujusdam substantiæ a se præparatæ quantitate, ☉ facilè in formam Chrystallorum rubicundorum mediocris longitudinis ≏are posse scribit.

Ad

Ad volatilisationem auri facit ejus *sublimatio.* Aurum per se non sublimatur, cum butyro verò antimonii elevatur supra alembicum. Hic quoque ~ nitri bezoardicus ☉ in altum evehit; item ⊖ *ammoniacum sublimat aurum in flores, qui denuò capiti mortuo sunt commiscendi, ut eò copiosiores & efficaciores acquirantur flores.* Modum & encheirises videbitis apud *ZVVELFFERUM.* Dantur quidem, qui cum spiritu fuliginis volunt aurum ≏are; sed res est altioris indaginis, nec cuivis obvia.

Superest adhuc ☉*is extractio*, ut nimirum totum ☉is corpus sit solutum, & in sua principia redactum: Vulgares enim Tincturæ neutiquam pro vero auro potabili habendæ sunt. *PARACELSUS requisita veræ Tincturæ auri* proponit duo: (1) dicit, aurum debere ita fieri volatile, ut nunquam postea sit reducibile, (2) si ita est volatilisatum, debere cum ▽ mutari ☉ potabile. *Certum est, quod spiritus vini sale volatili urinæ vel cornu cervi acuatus, optimum sit menstruum pro solvendo extrahendoque auro*, mediante quo etiam ex floribus solis ex auro fulminante paratis ℞ extrahi potest; aut præparandus crocus ☉is, ex quo postmodum confici commodè potest aurum potabile. Hoc modo D. *HEGEVVALD* suam composuit Tincturam ☉ärem ex auro cum sulphure prius calcinato, & cum spiritu vini extracto.

Alii beneficio ~ roris majalis ℞m eliciunt ex minera auri Ungarica, in silicibus reperta, & probè calcinata. Tales in defectu meliorum interim substitui possunt.

Vulgares ☉*is Tinctura* per salia corrosiva parvi sunt monenti, quia aut meræ & superficiales tantùm sunt corporis ☉aris corrosiones, quæ facilè reduci possunt, quæque utplurimum fæces alvi, factâ scilicet corporis ☉aris ▽ation, & à menstruo in intestinis separatione, nigerrimo tingat colore; Aut oriuntur à solis menstruis, aurum quidem intactum relinquentibus, quæ tamen per digestionem & cum aliis combinationem, exaltantur & colorantur, ut infrà de ℞ ♀ i dicam.

Quod si vero quis tam fortunatus existat, ut *veram* possideat *Tincturam solarem*, quæritur: *quomodo operetur?* Certum est, quod sit medicamentum analepticum seu virium restaurativum, anodynâ quadam facultate vires suas exserens: Vis enim irradiativa Helmontii est imperceptibilis. Hæc sententia de facultate anodyna, utut non omnibus liberata dubiis, retineri poterit, donec vera & radicalis ☉is ℞ certiorem nobis exhibeat sententiam.

LECTIO XXXIX.
DE
LUNA seu ARGENTO.

A*Rgentum* alterum metallorum nobiliorum, nobile respectu metallorum ignobiliorum, est *ipso* tamen *auro ignobilius.*

Ratione principiorum argentum seu luna constat terrâ salinâ copiosâ & maturata, cui se associat Mercurius minus copiosus, & paucum sulphur. Ob horum principiorum minus proportionatam inter se mistionem fit, ut luna minus sit fixa & indestructibilis. Quod si tamen figatur, ita ut ignis vehementiam sustineat, tunc facilè tinctura solis ei communicari potest, vel per venerem, vel per ♂: Nam in luna semper aliquid solis reperitur. *Ob Mercurialis principii inopiam minus fluida est, minusque ponderosa quàm aurum.*

Quod attinet usum Medicum, capiti dicata est ☽, & cerebro sympatheticè respondet, unde memoriæ debili, Melancholiæ, epilepsiæ, & apoplexiæ medetur. *Crudum intra corpus assumptum argentum vix ullius est efficaciæ*, sed potiùs continuò crudum rursus egeritur; quare *necessum est, ut ad usum Medicum prius præparetur. Cùm* verò sæpissimè *luna & Venus combinata sint*, adeò ut non rarò in una eademque minera reperiantur, *necessum erit, ut hæc duo probè prius ab invicem separentur*, nisi ab usu ☽rium medicamentorum enormes expectare velimus vomitus.

Separatio illa Veneris à luna fit partim solvendo lunam in aqua forti, partim fundendo cum saturno. Priori modo ▽ aggreditur Venerem, & ☽ am ad fundum dimittit: Posteriori ♄ metalla ☽æ admista absorbet, ipsam verò ☽m intactam ad fundum dimittit.

Inter præparata ☽ria se offert primo loco *calcinatio*, nunc immersiva, nunc ementatoria. *Immersivæ* calcinatio *fit vel per spiritum nitri, vel per aquam fortem.* Per spiritum nitri benè rectificatum commodissimè solvitur ☽, sicut per spiritum ⊖is aurum; quæ aut solâ menstrui abstractione, aut injectione laminæ Venereæ, vel cum muria, ▽atur in calcem albicantem, quæ edulcoranda. Maxima autem inter spiritum nitri & spiritum ⊖is intercedit necessitudo, ut si ☽m in spiritu nitri rectificato solvatur, & ab affuso spiritu ⊖is ▽etur ad fundum in calcem albam, diciturque *Luna Cornea*, quod probè edulcorata & exsiccata cornu instar deflagret, & in auras abeat; in phiola calore proportionato in massam pellucidam & flavescentem liquescat; contrà solutio cum spiritu ⊖is ▽atur cum spiritu nitri, exemplo butyri antimonii in præparatione Bezoardici mineralis.

Luna cum ▽ vel spiritus nitri partibus tribus vel quatuor *soluta*, & ad dimidium evaporata, *concrescit in crystallos* seu vitriolum, *magni usus in excitandis fonticulis*, & Gallis familiares cum primis, qui vocant lapidem Infernalem. Recipiunt nempe lunam, solvunt in spiritu nitri vel ▽ forti: post solutionem menstruum abstrahunt, residuum fundunt in crucibulo magno moderato igne; nam crystalli effervescentia rumpitur crucibulum, nisi amplum satis fuerit, unde gradus quoque △ accuratè observandi, ut successivè fluere incipiant: quando fluunt, infundunt in alvearium fusorium, in den Eingußf/ sicque parata materia est pro fonticulis eleganter excitandis. *Prosunt quoque tales crystalli lunæ in ulceribus* putridis, in carne gangrænosa succrescente, putredinem corruptivam coërcent, ne longiùs serpat. Vis eorum maxima dependet à spiritu nitri, in luna concentrato. Ex Marte quoque & Venere talis *Lapis Infernalis* parari potest; sed intercedit differentia inter hunc, & illum qui ex ☽ conficitur: Ille facilè fluit in igne; hic verò minùs.

Simili ratione *purgantes* quoque *Crystalli ex lunæ* præparantur, seu *luna purgans.* Solvitur scilicet ☽ in ▽ forti vel cum spiritu nitri, solutio abstrahitur, inspissaturque successivè blando igne ∴æ, instrumento quodam agitando, ut æqualiter evaporet ~ nitri. Hæ crystalli sunt instar absinthii amaricantes, itidem si hæ crystalli cuti applicantur, maculam ei imprimunt per aliquot hebdomadas perdurantem. Crystalli tales cum ana nitri commistæ in ▽ solutæ, & iterum crystallisantur, quæ in vase aperto continuò agitando leviter & sine fusione calcinentur, donec fœtor nitrosus exhalarit: posteà *cum mica panis* vel *succo liquiritiæ in pilulas redactæ, ad grana jv. exhibita; commodissimè aquas hydropicorum educunt;*

præterea in cachecticis & catarrhalibus affectibus conveniunt. Frequentissimo in usu sunt Anglis, & cum felici successu ab iis in usum vocantur. Hoc tamen *observandum*, *quod tonum laxent ventriculi*; unde *commodiùs his pilulis miscentur Martialia*, quæ laxitatem & tonum ventriculi integrum restituunt. Crystalli hæ sunt grisei coloris.

Singulares quoque sunt, quas habet *TACKIUS in Chrysogonia*, *viridis coloris ex luna*, beneficio nitri artificialis ex ♆ & ⊖e communi. Mirum sanè, has viridi se ostendere colore; cum tamen omnia alia medicamenta ☽ria sint cærulea; item quod sub præparatione harum crystallorum vitrum tam frigidum deprehendatur.

Ulterius ex ☽ fit color ille pretiosus *ultra marinus*; uti lapis lazuli & Armenus suppeditant quoque talem colorem.

Cementatoria calcinatio fit, si ☽ cum duplo sulphuris vel florum sulphuris mista septies justo △ regimine ♎atur, ♎atum semper restanti materiæ addendo, ultimâ verò vice ♎atum abjiciendo. Si plus de ☽ additur, & minus de sulphure, hæc comburitur, nec sufficienter calcinatur. *SCHROEDERUS in Pharmacop. l. 3. cap. 10. p. 374.* addit ⊖ commune, quod omittendum. In hac Cementatione fit, ut acidum sulphuris ☽am rodat, & quasi in corpus ☉ laceum transmutet: Huic affunditur ▽ cephalica in affectibus capitis; in specie pro avertenda epilepsia ▽ liliorum convallium vel aqua cerebri humani; pro cura maniæ ▽ hyperici; in memoriæ debilitate ▽ sophorum Crollii, quæ ad cochlear unũ; bis in die sumenda maximè commendatur, dosin variando pro varietate ætatis, & copia menstrui: v. g. si abstracta est ▽, minor erit dosis exhibenda; si vero vel copiosior affusa, dosis augenda. An autem has vires contineat? dubito.

Ad calcinationem quoque pertinet *Lunæ Amalgamatio* cum quadruplo ☿*ij*, eodem modo, ut suprà de auro dixi, instituenda.

Post calcinationes ☽æ aliàs pro simili usu fit *magisterium lunæ*, si solutio ☽æ in ▽ forti, ♎atur per ♁ ☿i per deliquium, quod probè edulcorandum; aliàs vomitus excitabit. Acidum melancholico-maniacum specialiter corrigit, unde etiam quibusdam das Narren-Pulver vocatur.

Sequuntur *Extractiones*, unde *Tincturæ lunares, quæ omnes eleganti colore cæruleo intuentium sese oculis commendant.* An verò hic cæruleus color sit à ☽, an potiùs à Venere? incertum. Posterius affirmaverim, inductus intima lunæ & Veneris conjunctione, licet per fusionem cum saturno, aut cineritium, depuretur; & quia tales ℞æ ☽ares utplurimum cum ⊖e ammoniaco fieri soleant, quod ⊖ ✳ aliàs propter spiritum ⊡æ Venerem in cœruleum rodit colorem: sic quoque ⊖ *ammoniacum, vel sal volatile urinæ in forma sicca, ex luna cæruleum producit colorem*, si scilicet ⊖ volatile ⊡æ immittatur in pyxidem argenteam; sic fit, ut ⊖ volatile ⊡æ ☽ rodat in crocum quendam, qui cum ▽ extractus dat ℞am ☽æ, non quidem veram, sed quæ solummodò est extractio partium ☽rium corrosarum superficialis. *Alii* recipiunt ☽am cum acidis, v. g. ▽ forti, &c. solutam, & *cum spiritu vini*, *sale ammoniaco acuato, extrahunt Tincturam cæruleam. Alii* ☽*am* cum sale ammoniaco *sublimatam extrahunt cum spiritu vini*, ⊖*e ammoniaco acuato, extractum inspissant ad justam tincturæ consistentiam.* In hac extractione subinde fit, ut ℞ suum amittat colorem, qui eidem *restitui potest beneficio* ⊖*is ammoniaci.* Alii ℞am ☽æ instituunt per ♎ationem cum Mercurio.

Omnes verò hujusmodi cæruleæ *tincturæ superficiales tantùm sunt corporis* ☽ris à menstruis *salinis solutiones*, non à ☽æ proprio ♀e, quod album esse, saniores chymici dicunt; sed à Venere, ☽æ ut plurimum juncta. Unde pro menstruorum varietate ℞æ variant, dum virides à menstruis acidis, & cœruleæ ab alcalicis conspiciuntur; *quæ facilè beneficio alcalium reduci possunt, unde veræ tincturæ tam lunares, quàm solares, adhuc desiderantur.*

LECTIO XL.

DE

GEMMIS.

Occasione metallorum accessum facio quoque ad *gemmas*, utpote quarum unica virtus à principio sulphureo metallico dependet. *Constant verò gemmæ* ex aqua simplicissima & depuratissima coagulata, & ⊖e sibi proprio, vel alio ⊖e coagulante.

Sunt verò *gemmæ vel colorata, vel non-colorata. Non colorata constant ex aqua simplicissima, à sale simpliciter coagulata*: id quod docet genesis glaciei, quę ex ▽ coit in gemmam glacialem elegantissimã: ut nihil dicam de illo *HELMONTII*, *qui beneficio alcali cujusdam omnes gemmas & lapides potuit reducere in purissimam aquam elementarem.* Talem quoque genesin esse credo lapidum reliquorum, quorum *particulæ comminutæ pulverisataque per microscopium intuenti apparent maximè perspicuæ, instar crystallorum. Colorata* gemmæ *colorem suum sortiuntur à principio metallico*: id quod patet, dum fluores tales seu vitra conjunguntur cum metallis, ex quibus in igne fusis emergit color varius pro vario adjuncto. Unde genesin gemmarum coloratarum hanc puto esse: Dum ▽ talis ⊖ina transit *per loca metallica*, *in quibus residet ens primum metallorum*, *sub forma liquida eidem resistit, illudque absorbet*, & secum coagulat ramenta illa metallica colorata, unde exsurgit color in gemma. Declarat hoc egregiè *KESLERUS in suis processibus*, ubi ostendit modum præparandi artificiales gemmas, & exinde deducit colorem gemmarum naturalium ex principio metallico, unde rutilantes gemmæ, v. g. *rubinus* &c. colorem suum debent sulphuri solis; Gemmæ cæruleæ, v. g. *sapphirus*, &c. cujus ♃ est à primo ente ☽æ; & colorem suum acceptum debent Veneri; G mmæ viridescentes, qualis est *smaragdus*; uti & gemmæ coloris fusci vel flavescentis, v. g. *chrysolithus, granatus*, *topasius*, &c. ex marte colorem suum nanciscuntur; Mars enim duplicem dat colorem; per se rubrum, & si attingatur acido, viridem. Geanato aliàs sulphur ☉are attribuitur: Verùm *BOYLE de gemmis Sect.* 1. dicit: se menstruo quodam minus corrodente ex granatis ℞am rubicundissimam extraxisse, quæ infusioni gallarum instillata, hanc nigram reddiderit; unde principium ♂ale patet.

Usum gemmarum Medicum quod attinet, variè torquentur gemmæ à Pseudo-chymicis, ut ex iis volatilisatis ℞as eliciant. Quilibet jactat suas ℞as gemmarum, quod fatum etiam corallia experiuntur. Non equidem totaliter pernego tales *gemmarum tincturas*; *sed dico summè difficiles eas esse*, *crudas gemmas intra corpus assumptas nihil operari*, sed eâdem, quâ assumptæ, formà vel per vomitum, vel per alvum, rejici certum est; *exceptâ* tamen *crystallo* ob mollitiem suam: hæc enim adhibita omne acidum, à quo facilè solvitur, & quod effervescentias in corpore scitat, absorbet, & secum è corpore educit.

Ridi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0500-9 DFG

Ridiculæ sunt speciæ gemmarum dictæ, *ridendaquè* gemmarum *super porphyritem lævigatio*: nam propter duritiem lapidum vel gemmarum abraditur simul aliquid de porphyritide vel mortario, in quo subinde præparatio instituitur; ut tantum sit, ac ⚹ vel arena admisceretur ejus pulverisatis gemmis. Cujusnam erunt ergò talia composita efficaciæ?

Idem *judicium* esto de *Tinctura ex gemmis calcinatis cum spiritu vini extractis*, quæ certè virtutes, aut nullas aut paucissimas obtinet: Nam *in gemmis omnibus paucissima est Tinctura*, & si quæ inest, ea tàm intimè *arctissimeque coàluit cum principio salino gemmas coagulante, ut si non impossibile, certè difficillimum sit, integram elicere tincturam. Nec tamen omni gemmæ defraudatæ sunt virtute*, utut internè adhibitæ parum ægrotis afferant solaminis; *Experientiâ* quippe confirmatum est, eas externè amuleti instar non rarò optatos præstare effectus: Sic *jaspis* in hæmorrhagia, tùm narium tùm uteri, appensus optatũ attulisse visus est auxilium; *sapphiro* si ducatur circulus circa carbunculũ pestilentialem, eundem brevi nigrefactum excidere facit: quo de vid. *MARCUS MARCI Tract. de Philosoph. Veterum restituta*: Præterea ophthalmicus est *sapphirus*, *in lippitudine, aliisque oculorum affectibus conducibilis*, hinc *multi quoque usus est in variolis & morbillis, si cum eo ducatur circulus circa oculi* περιφέρειαν, *ne lædatur*; *Lapis nephriticus* externè appensus multùm prodest in calculosis affectibus: *BAUHINUS Tract. de lapide Nephritico.* Unde apparet, non esse de nihilo vim gemmarum amuleticam, quæ à gemmis exoritur per radiosam diffusionem quandam.

Sed *quæritur*: *unde diffusio illa radiosa in gemmis?* Resp. à sulphure metallico, à quo quoque gemmæ habent ℞am; quia *in iisdem locis*, ubi gemmæ eruuntur, diversæ metallorum mineræ observantur à quibus tincturas suas acquirunt.

Hoc sulphur metallorum purissimum multos adduxit, ut omni studio *Tincturam gemmarum elicerent*; quod tamen *difficillimum*:

1. *Quia sulphur tingens gemmis inest paucissimum*; ita ut v. g. granatus, utut sit rubicundus satis, si pulverisetur, albicantem exhibeat pulverem.

Utut quibusdam copiosum insit sulphur, illud tamen adeò est coagulatum & concentratum, ut vix separari queat. Hinc apparet, *quod omnes tincturæ gemmarum* tantùm sint solutiones Metallicæ, & quæ vulgò in officinis jactantur, *tantùm sint superficiales, non verò totius essentiales solutiones.*

3. Sic *tincturæ, si quem exhibent colorem, eum menstruo debent*: unde pro varietate menstruorum varios mentiuntur colores.
4. Aliæ quoque ℞æ impertiri possunt colorem, quod falsò sulphuri metallico adscribitur, v. g. Tinctura smaragdi ex smaragdo in mortario ferreo contuso cum spiritu ⊡æ & ♀ extracta, mentitur colorem sulphuris metallici: Color enim revera est à particulis Martis, contundendo abrasis, quæ cum ♀, spiritu ⊡æ imprægnato, extractæ colorem viridem repræsentant.

Sic quoque *quidam tincturas gemmarum faciunt sublimando cum ⊖e ammoniaco in flores subrubentes, quos extrahunt cum spiritu vini.* Verùm utut aliqualis hæc apparet solutio, *⊖ammoniacum tamen radicaliter gemmarum sulphur extrahere nequit, sed superficialiter easdem tantùm lambit: Unde* etiam *hæ tincturæ non magnam promittunt utilitatem.*

SECTIO II.
REGNUM VEGETABILE.
LECTIO I.
DE
VINO & SPIRITU VINI.

ABsoluto *regno minerali*, accessum nunc facio ad vegetabile regnum, in quo brevissimè ea pertractaturus sum, quæ ad intelligenda Principia chymica sufficient.

Hoc autem in regno facilè primam & potissimam considerationem meretur *vinum*, unde ejus genesin, ejusque producta & cognata, & varias mutationes, paulò uberiùs lubet perscrutari.

Quæ *de vino* ejusque productis variis, *aceto, tartaro, & spiritu vini* jam dicam, applicari & accommodari facilè tùm ad reliqua vegetabilia, tum & cumprimis ad liquores vinosos ex fructibus expressos; item *mel* (utpote quod est succus roscidus, quem hinc inde exsugunt apes ex floribus vegetabilium, una cum subtiliori & volatiliori substantia roris) ejusque *vinum, spiritum*, ☩, &c poterunt, ut ita specialem singulorum tractationem hic inferre, à proposito nostro planè foret alienum.

Est autem vinum nihil aliud, quàm succus uvarum expressus, per fermentationem depuratus & exaltatus: Hujus anatomen docet Tackius de Consanguin. auri, sacchari, & ♀, & *TACCHENIUS in Hippocr. chymico cap.* 18. *Depuratur*, dum sub fermentationis actu deponit feces; *Exaltatur*, dum fermentando spirituascit & volatilisatur. *Fermentatur* autem mustum, dum concurrentibus invicem acido & alcali partes heterogeneæ excluduntur, miscibiles vero retinentur; unde fit musti in vinum generatio, orta ex mutata textura musti per fermentationem. In hac vini genesi observantur quædam partes subtiliores △eo-salino-volatiles, quæ in talem abeunt materiam, quæ dicitur ♀.

Obiter hîc notanda *concentratio musti, item quarundam cerevisiarum Glauberiana*, cujus scopus fuit, ut tales potiùs abstractione phlegmatis per navigia instar mellis in aliena loc possint transvehi, & ibidem affusâ ▽ rursum in pristinum transmutari potum. Verùm *res non successit GLAUBERO*, neque aliis hoc ipsum tentantibus (vid. *scripta GLAUBERI*) sed massa talis dephlegmata in vermes abiit: Nec fortè aliis idem tentaturis succedet; dum enim phlegma musto vel cerevisiæ subtrahitur, particulæ reliquæ tàm arctè invicem uniuntur, ut nullâ ▽ dissolvi aut divelli ab invicem queant, unde non potuerunt quoque rursus fermentari; quia *salia non agunt nisi* in liquido *dissoluta*; Et licèt eidem denuò affundatur vinum, evadet concretum novum alieni saporis, den man kaum oder gar nicht trincken kan. Potiùs *dicerem, uvas passas esse mustum concentratum: Ex his* quippe *affusâ aquâ & saccharo componitur liquor vinosus per fermentationem, vino Hispanico non absimilis*; ex quo ∽ copiosus inflammabilis destillari potest: Ex uvis passis cum succo pyrorum moschatellinorum mediante fermentatione exsurgit *vinum compositum*, egregium ad corrigendam δυσκρασίαν massæ sanguineæ, *utile in affectibus cachecticis* sic *& cum succo pomorum Borsdorffianorum fit vinum artificiale*, in affectibus hypochondriacis & melancholicis proficuum, quod certum est. Ut verò ad mustum ejusque fermentationem revertar, dictum anteà, quod *fermentatione particulæ musti volatilisentur & exaltentur in spiritum*; unde patet differentia inter mustum & vinum.

Mustum intra corpus assumptum, ob particularum heterogenearum pugnam facilè diarrhæas, dysenterias aliosq; morbos inducit; Vinum verò hoc non facit, sed assumptum inebriat ob spiritum vini, qui partim figit, partim in anomalos motus spiritus nostri corporis concitat, hinc insaniam illam voluntariam, scilicet ebrietatem, inducit: contrà mustum, copiosè licet ingurgitatum, ,tamen non inebriat; quia in eo particulæ adhuc confusæ cum spiritu vini nondum exaltatæ sunt.

Porrò per fermentationem separantur quædam particulæ heterogeneæ & nonnihil miscibiles, unde *fex vini.*

Notatu quoque *dignum, quod injecta limatura Martis mustum non fermentet amplius*, cujus *ratio* esse videtur, quod particulæ acidæ musti agant in corpus Martis, illudque rodant; unde cum agant in martem, non congrediuntur cum particulis sibi contrariis vel alcalicis, & ita fermentatio cessat. Hoc modo *non inelegans Martis essentia cum musto præparari potest.*

Aliàs *anatome vini* circa *tria* occupata est:

1. Circa *spiritum vini*,
2. Circa *terram tartaream* fixam; &
3. Circa partem vini acidam seu *acetum.*

Talis vini anatomen approbatam videbitis apud Beccherum.

Spiritus vini est nihil aliud quàm sal volatile oleosum, copioso phlegmate dilutum, seu est nihil aliud quàm oleum fermentando exaltatum, & in spiritum transmutatum: Nam oleum arripit secum ☋ volatile, hæcq; sub fermentationis actu volatilisata exhibent spiritum. *Hic spiritus* ratione partis oleosæ *continet in se acidum volatile, temperatũ* tamen *ab oleositate*: adeoque *est spiritus vini sal volatile oleosum dissolutum*, qualem spiritum omnia vegetabilia ☋e volatili prædita, & aromaticum odorem spirantia, mediante fermentatione in △ examine exhibent, sed parum aut nihil olei; unde verum est illud chymicorum assertum: quod ∽ inflammabiles volatiles sint oleosa ☋ia volatilia, fermentando dissoluta; Olea verò talia destillata sint salia volatilia, ab acido pinguiusculo concentrata. Unde liquet, quod ☿ aliique sint novũ ens, per fermentationem productum ex vino vel aliis simplicibus, realiter jam differens ab illis, quibus antea uniebatur essentialiter; adeo, ut *detur nullus spiritus ardens per se existens, sed fiat ex quodam corpore mediante fermentatione.* Si ergò destillatur vinum, acquiritur ☿. Sunt autem nonnulli, qui recipiunt ♁, frigidoque in loco cogunt ad fermentationem, unde novum inde acquirere nituntur spiritum volatilem, & quidem cum lucro magno. Videtur probabile, & relatum est mihi ab amico, qui tali modo volatilem ex capite mortuo acceperat spiritum.

Spiritus vini probè *rectificatus* vulgò vocatur *spiritus vini alcoholisatus.* Est verò probè rectificatus, si gutta supernè in ♁m effusa eandem non attingit, sed in auras dispergitur & evanescit; item si ∽ vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquat vestigium; ut & si linteum aut charta ☿ madefacta & accensa, arida planè & sine phlegmate relinquuntur. Non verò confundendus est ☿ alcoholisatus cum ☿ ♀isato: *solet enim* ☿, *ut probè rectificetur & defecatus fiat*, bis vel ter *abstrahi à sale tartari*, vel *sale cinerum clavellatorum*, aut *tartaro probè calcinato*; item ♃; quod ☋ phlegma (si quod adhuc cum ☿ conjunctũ sit) retinet, & spiritum vini purissimum dimittit: Nam ☋ia nunquam junguntur cum spiritu vini ♃eo, aut aliis ♃eis, sed in abstractione spiritus vini à ☋ ♀ intercedente digestione ☿ particulas quasdam ☋ ♀ secum rapit, fitque hoc modo efficacior, & vocatur *spiritus vini tartarisatus. Est menstruum optimum pro extrahendis vegetabilium virtutibus*, & corrigenda eorundem malignitate aliàs certum est, quod hic ☿ ♀isatus *longè spiritui vini præferendus* sit in Extractionibus.

Per vesicam aut *ex vino ipso*, quàm *ex fecibus vini*, *destillatur spiritus vini* ob partes ☋inas volatiles, quas secũ evehit; *vulgari* itidem *est penetrantior, atq; ad extractionem vegetabilium commodior.* Nota est *destillatio spiritus vini sine igne PARACELSI*, qui facit congelascere vinum in frigore; sic in medio reperitur ☿ simplicissimus, qui vocatur *spiritus vini Philosophicus, vulgari longè præferendus*, qui alterius sanè est naturæ, quàm vulgariter destillatus ☿: Vulgaris enim in destillatione facilè empyreuma contrahit, unde mutatur ejus textura; spiritus vini verò Philosophicus, per congelationem paratus, multò purior & volatilior est.

Post ☿ consideranda etiam venit altera vini pars, nempe *acida.* Hoc *acidum vini est basis & fundamentum totius concreti. Ac hoc acido fit, ut mustum alteretur in vinum; Ab hoc est, quod vinum mutetur in acetum; Ab hoc acido dependet generatio Tartari adeò, ut* hoc acidum subtile sit basis totius concreti, *ejusque beneficio variae vinum subit alterationes.*

Usum vini Medicum quod spectat, is certè nobilissimus & salubertimus est. Cum verò *duplex in vino sit substantia, una spirituosa & volatilior, altera acida paulò fixior, ratione partis spirituosæ* recreat ∽, corporis nostri incolas, & quæcunque fixa in corpore nostro volatilisat; unde à non nemine ☉ vegetabile potabile salutatur, quia magis confortat corpus nostrum, quàm aliàs ☉ potabile. *PARACELSUS* vocat vinum principem vegetabilium, & nectar terræ. Dein etiam *ratione partis suæ spirituosæ insignem vim habet temperandi humores acidos in corpore stabulantes*, uti videmus *spiritum vini acidas minerales* ∽, v. g. spiritum vitrioli, ☋is, nitri &c. conjunctione suâ, vi ipsius ☋is volatilis ♃ei, dulcificare, & inde enatos flatûs egregiè dissipare: Unde in julepis refrigerantibus & mendicamentis aliis ∽ *nitri* vel alius, cum duplo aut triplo ☿ *dulcificatus* longè utilior adhibetur, quàm ∽ dicti nimis acidi, à quibus aliàs massæ sanguineæ coagulatio. Sic in anorexia, ructibus acidis, venere languida, &c, conducit ☿: item in solvendis vegetabilibus & mineralibus ♃eis, &c. Porrò *propter substantiam suam penetrantem pernionis* suo illitu *curat, corruptivæ resistit putredini*, &c. unde in ulceribus recentibus & inveteratis, item malignis, & ad gangrænam pronis, vel per se cum theriaca, vel aliis mixtus, & cum filamentis impositus, insigne adfert levamen: in imminente gangræna, ut & in carie ossium, nil melius est ☿ rectificato, tumores resolvit, & acidum resolvendo quamcunq; inflammationem & erysipelas curat, qui modus in Gallia & Italia compertus, imprimis si cum rob sambuci mistus parti affectæ illinatur. Cum camphora impregnatus est eò nobilior, & in morbis malignis, & externis vulneribus desperatis, partibusque gangrænosis, multò penetrantior, & in doloribus podagricis insigne mitigativum. *Nimio* autem *abusu vinum dissipat facultatem*, ut veteres loqui amant, *animalem, quatenus figit spiritus; unde somnolentia post nimium vini abusum* subortitur.

Ratione partis acidæ vinum valdè gratum est stomacho, affectibusque stomachicis confert; item ratione acidi conducit in febribus ardentibus, in quibus tutissimè potest propinari. *Vulgò* clamant vinum calefacere; sed quantulacunque pars est vini, quæ calefacit? quin frustraneus sit iste mulierum motus, *& certum est, plus quandoque prodesse, tàm in febribus intermittentibus*

tentibus quàm continuis, quàm julepi & alia operosa compositionis medicamenta. Sit tamen modus in rebus; *abusu* enim *vini nimio non levis corpori noxa imminet: ex nimio vini abusu oriundos vidi calculos*: ab hoc acido immodicè ingesto arthritis producitur, quatenus acidum vini continuo sui usu ventriculum debilitat, quo debilitato elabitur ex primis viis, atque cum massa sanguinea ad partes nervosas sensilesque translatum, ibidem arthriticos, aliosque dolores inducit: ab eodem acido dependet, Paresis, stupor membrorum, contractiones partium, &c. Nam *omne acidum nervis est inimicum*: Vid. *Medic. Hippocrat. Chymica cap.* 3. §. 5.

LECTIO II.

DE

ACETO VINI.

Dixi suprà, quod *acidum sit basis totiùs concreti*, & quod *hujus beneficio fiat aceti generatio.* Hoc Galenici per putrefactionem generari statuunt, ideoq; ✠ vini vinum corruptum seu cadaver vini appellant: dicunt enim, quod calor vini à calore ♎ is resolvatur, unde ejus igneæ & ♎eæ particulæ evanescant, remanente substantiâ ☵inâ, quæ propter harum defectum tantam aciditatem contrahant; quod & Neotericorum multi adhuc defendunt. Sententiam autem hanc primus omnium refutavit *ZABARELLA*, posteà quam plurimi modernorum, inter quos imprimis est *BILLICHIUS de Ferment. Platon. cap.* 1. qui c. 6 ✠ per fermentationis quandam speciem, & *in observat. chymicis l.* 1. *cap.* 2. simili modo ex succis vegetabilium fieri dicit, atque fermentum ex farina; cui opinioni *WILLISIUS*, *KERGERUS*, & *ZIEGLERUS de fermentat.* adstipulantur. Contingit nempe aceti generatio, quando in fermentatione vini partes ☵inæ volatiles sensim sensimque ab acido vini subiguntur, seu *acetum fit, quando acidum vini exaltatum subjugat atque figit partem propriam oleosam seu spirituosam, quâ subactâ fit acetum.* Dico, quod subjuget partem propriam spirituosam, quâ subactâ fiat ✠: *Non enim separatur ab aceto spiritus vini, sed tantum subjugatur & figitur.* Id quod probo: nam si in vase optimè clauso deponitur debitò vinum, fit aceti generatio, utut nihil ∽ vini exhalare queat: *Ex aceto quoque fit spiritus vini*, quod patet ex saccharo saturni: item si affundatur ✠ coralliis, fit ut dulcescat, quatenus ab iis concentratur acidum, & pars volatilior emergit: Ut taceam vina in ✠ degenerantia nonnunquam in vinum verum & bonum resuscitari.

Quo generosius est vinum, eò fortius acquiritur acetum. Sicut fortius fiat †, quidam addunt subjecta quædam ☵e volatili copiosâ prædita, ut semen sinapi, erucæ, piperis, & exsurgit † fortissimum.

Cum ♈ in aceti generatione ab acido fixatus sit, *in destillatione aceti* primò prodit *phlegma*, subsequitur demum ✠: contrarium fit in destillatione *spiritus* vini. Fit autem aceti dephlegmatio in balneo Mariæ, donec guttæ acescere incipiant; tunc ♃. dephlegmatum per ∴am ad siccitatem unâ vice destilletur quo sæpiùs enim rectificatur, eò debilius evadit; econtrà ♈ in cado, in quo conservatur ✠, evadit in ✠. Verùm, teste *HELMONTIO & FEBURE in suâ Chymia*, lento opus est igne, ne ∽ empyreuma contrahat.

Acuatur acetum pro extractionibus cum ammoniaco sale, si scilicet *aceti* ℔ jv addatur ☵ ci ℥ß, & destilletur, & sic fit *acetum acerrimum pro dissolvendis metallis & mineralibus quibusdam convenientissimum.* Sic quoq; si ✠ abstrahitur à nitro & ♈æ, sit ut ✠ secum rapiat horum ∽, & in virtute sua insigniter exaltetur.

Acor aceti est volatilis & singularis, planè discrepans ab eo, qui est in spiritibus acidis mineralibus, qui concentratur cum soluto, idque valdè constipant atque constringunt, v. g. spiritus ♎is aut vitrioli, &c. Contra *aceti acor est volatilis, penetrans & dissolvens, adeoque spiritibus mineralibus acidis præferendum omninò acetum*, & juxta hunc ∽ ⊕.

Quod attinet *usum Medicum aceti*, est alexipharmacum optimum *in peste, cui magis fidendum, quàm theriacæ*; unde tot prostant †a bezoardica in peste maximè proficua. *Corrigit acetum vegetabilium virulentiam, in specie opii & purgantium: si quis excessivam* opii dosin hauserit, post usum aceti in integrum evadet. Noxium gas carbonum aceti tollit usus.

Quæstio est supervacanea: *An acetum sit calidum an frigidum.* Acor stipticus aceti, item dum sanguinem coagulat, † refrigerare quodammodo probant; ast cum constet partibus spirituosis volatilibus inflammabilibus, facilè patet, cujus sit naturæ? Præterea *acetum in sanguine coagulato resolvendo percelebre est remedium, imprimis si cum lapillis cancrorum propinetur*: Nam lapilli cancrorum, perlæ, corallia, &c. commodissimè propinantur cum aceto, quia hoc concreta talia quodammodo aperit, ut commodius operationem suam exserant. Sed & *noxâ suâ acetum non caret sine judicio adhibitum*; nocet enim partibus nerveis, *propter acidum penetrans*: item hypochondriacis propter acidum per se satis corrosivum nocet. Sic quoque *hystericis minus convenire videtur*, quia effervescens in illorum intestinis paroxysmos solet inducere hystericos.

LECTIO III.

DE

TARTARO VINI.

Restat in Vinologia, ut videamus *Tartarum, fœtum vini* (effato *PARACELSI*) matre nobiliorem, cujus genesin optime depictam videbitis apud *HELMONTIUM Tract. de Tartaro vini.* Dictum superius aliquoties, quod acidum vini sit basis totius concreti. *Hoc acidum, uti vino suum dat esse, ita quoque eidem suum dat alterare.* Nimirum acidum hoc, dum fecem vini rodit, sex vini se impræguat copioso ☵e volatili, unde fit ut acor vini postmodum cum particulis solutis ☵inis sese coagulet, & suâ coagulatione ita partes secum terrestres simul constringat, fitque ex horum unione & ☵ium coagulatione Tartarus vini.

Feces vini, ut supra monitum, generantur, dum beneficio fermentationis ceu pars terrestris heterogenea ad fundum ☵atur. Hæ tamen feces in totum non sunt feculentæ ac terrestres, sed habent sua principia propria salina, copiosum scilicet acidum & alcali, quæ in complexu suo detinet partes quasdam satis volatiles spirituosas. Nam *ex fecibus vini destillari potest spiritus ardens elegantissimus; item ex iisdem fecibus* exsiccatis, ac per retortam igne aperto destillatis, *si ritè procedatur, acquiritur sal volatile in forma nivis; spiritus item volatilissimus*, cum acidis non adeò potenter & impetuosè effervescens.

Has feces vini, dum rodit acidum vini, hoc cum particulis illarum solutis coagulatur in tartarum; *vera* namque *hic regula est: quod omne acidum solvens corpora, cum iisdem coagulatur. In ambitu* verò *dolii concrescit Tartarus duplici ex ratione:*

1. *Quia vinum circa ambitum dolii est magis acidum.*

Id quod patebit, si dolium vino repletum hyberno tempore exponatur frigori, tunc vinum in ambitu suo in glaciem conversum apparebit, spiritu vini intra medium ceu centrum dolii pulso adhuc salvo. Itaque dum ♈ à frigore ad medietatem pellitur, acor circa vasis latera erit major, quàm in medio.

2. Quia *salia, quando debent coagulari, necesse est habeant subjectum firmum, ad quod concrescant.* Tale autem subjectum est lignum quernum, quo ut plurimum constant ejusmodi cadi vinarii.

Aliàs *vox tartari tripliciter sumitur:*

1. *Pro acido vini, ab omni vino inseparabili, nunc magis nunc minus fixo: Quorundam* enim *vinorum acidum transcendit alembicum, & liquorem insipidum relinquit,* ut fit in vino Hispanico; *Quorundam autem vinorum acidum est fixius* concretum cum partibus terrestribus fixioribus, inde fit, ut dum partes volatiles avolant, fixiores calciformes relinquantur in fundo: id quod patet *in vino senensi,* quod effusum in tabulam per noctem, manè monstrat tartarum in tabula, qui in vino fuit. Hoc acidum in vino se manifestat, si illi immittatur ovum; sic post diem unum vel alterum apparebit vitreis quasi crystallis tectum; quod fit, quatenus acidum vini rodendo testam ovi, & imprimis ejus alcali, cum eo abit in ⊖sum crystallinum. Hinc quoque fit, quod *Lapilli cancrorum infusi vino, ejus omnem ferè adimant aciditatem, imbibendo scilicet acidum:*
2. *Pro fecibus vini,* de quibus suprà.
3. *Propriè voce tartari, illud venit* concretum ⊖ino-crystallinum, *quod doliis circa latera adhaeret;* de quo hîc.

Tartarus talis est vel ruber vel albus, prout est vel vini rubri vel albi fœtus, *ejusdem* tamen *uterque virtutis & efficacia. Constat* autem principiorum *ratione ex copioso sale acido vinoso plus minus fixo, juncto cum sale urinoso vel alcali itidem copioso: quibus duobus salibus intertexta sunt partes terrea fixa,* cum liquore quocunque solubiles, *oleoque quodam omnes concreti partes firmante, & quasi ferruminante:* Unde patet, quid de ♀i virtutibus in Medicina sit habendum. *Cum* enim *sit ex acido & alcali* salinum, *ita tamen, ut prapolleat acidum volatile, hujus ratione erit optimum incisivum & absersivum muci, in stomacho & intestinis stabulantis.* Alvum laxat, in specie ℈j vel ʒß cremoris ♀i jungatur cum granis duobus vel tribus diagrydii; hinc est, quod *si cremor tartari post purgantia adhibeatur commodissima eorum promoveatur operatio.* Praterea insigne est diureticum, abstergens optimè tubulos renales. Stomacho quoque gratum est medicamentum, quodque ad corrigendos ejus affectus cum optato successu adhibetur usitatissimè.

Cœterum, *cum in omni tartaro sit pars terrestris & feculenta, quæ à stomacho nostro digeri nequit,* sed calcis instar in fundo ejus ⊽atur & subsidet, *praparandus est prius Tartarus, atque partibus terrestribus liberandus; quod fit per solutionem, colationem* per Manicam Hippocraticam, *& iteratam coagulationem,* ex quibus consurgunt *Cremor & Crystalli tartari:* Vid. *SCHROEDERUS libr. 4. Pharmacop. Medico-Chymica,* & *ZWELFFERUS animadvers. in Pharmacop. Augustan. pag.* 462. Quidam, ut puriores acquirant Crystallos, crebriùs solvunt & coagulant; sed malè: nam *quo sæpiùs solvantur, eò debiliores nanciscuntur,* semper enim in ▽ pars quædam volatilis acida remanet, *& multum virium hoc modo decedit.* Hoc ne fiat, *unica* vel *solutio vel crystallisatio sufficit.* Alii ut acquirant majores & candidiores crystallos, in solutionem immittunt parum aluminis; sed pessimo consilio: quippe cùm crystallos expetant laxativas, acquirunt styptica & adstrictorias.

Tartarus verò *non in omnibus convenit affectibus, propter acorem quibusdam nocivum.* In tali itaque casu adhibentur crystalli tales cum ☽e tartari fixo, aut fermentantur cum proprio ⊖e, cujus fermentationis beneficio ♀ abit in crystallos ⊖sas, longè efficacissimas & magis fructuosas, quàm sunt crystalli ♀i acidi. In fermentatione enim ista crystalli proprio ⊖e probè saturatæ sunt, inde abstergunt, inque affectu hypochondriaco, hydrope, cachexiis, scorbuto, &c. multi sunt usus. *Modum crystallisandi* & alterandi *Tartarum* cum vegetabilibus videbitis apud *ZWELFFERUM in mantissa spagyrica,* ni fallor. Aliàs *cum limatura Martis* ♂ conjunctus abit in crystallos, in morbis chronicis efficacissimas. Prostant in officinis nostris *cremor seu crystalli tartari rubicundæ, Hepaticum rubrum Dresdense dictæ,* quæ valdè conveniunt *in æstu, æstivo tempore corrigendo; item in febribus tertianis aliisque, cum ardore multo conjunctis, & siticulosis: in crapula pellendæ discutiendaque* multi quoque sunt usus, cui tam præservando quàm curando prosunt.

Tartarus si destilletur aperto igne, prodit *spiritus phlegmaticus* acido-salsus, quem subsequitur *oleum fœtidum,* remanente in fundo retortæ *capite mortuo nigro,* ex sale alcali & partibus terrestribus constante.

Quæritur: *cùm tartarus sit naturæ acidioris, ubinam in destillatione remaneat acor?* Resp. quærendus ille in oleo. Cùm enim ♀ ex alcali & acido constet, ex horum in igne concursu, & formali inde orta effervescentia, excitatur gas sylvestre, quod minimè coërceri potest, &, nisi per rimulas quasdam patulas exitum inveniat, omnia diffringit. Sub hoc concursu ambo concentrantur, & accedente corpore pingui abeunt in ♁: id verò quod remanet, aucto sensim igne abit in ⊖ alcali fixum.

Spiritus ♀i *ab oleo separandus, & postmodum aliquoties rectificandus est, ut tandem repetita rectificatione abeat in spiritum volatilem.* Nec tamen hoc modo perfectè volatilis acquiritur ∽, qui constet ex alcali, ab omni acido liberrimo: id enim altioris est indaginis, & chymicorum sublimiorum exercet ingenium. Hoc ut obtineant, varias varii instituunt destillationes: Quidam ut acquirant *spiritum tartari volatilisatum,* rectificant spiritum ♀i super ♉ proprium, vel alcali proprium, aut aliud, alii super ♃am; sic enim *alcali fixum absorbet acidum* in spiritu adhuc residuum, & prodit ∽ alcalicus purissimus, satis volatilis. Rejicit quidem hanc ∽ ♀i super alcali fixum rectificationem *TACCHENIUS in Hippocr. chymico cap.* 18. sed frustra. Quidam ⊖ tartari cum alumine crudo destillant, & spiritū volatilem urinosum acquirunt, quem pro spiritu ♀i volatili venditant; sed malè: quia ∽ hic volatilis urinosus est ex alumine; portio nempe ista ⊡æ humanæ, quæ alumini pro meliori crystallisatione addita fuit. *Optimus modus est,* si ♀ crudus fermentetur cum ⊖e proprio, unde si rectè procedatur, acquiritur ∽ volatilissimus, & ⊖ volatile, summarum in Medicina virium. Talis ∽ recipiendus pro *mixtura simplici Paracelsi,* & inde nata ℞ *Bezoardica D. Michaelis,* quarum basin cum camphora ⊖sum volatile, ex hoc & vitrioli volatili spiritu compositū, constituit: Nempe

℞. ∽ ♀*i volat.* part. iij.
⊖*li volat.* part. j.
theriacal. camphor. part. jvl. v.

Misceantur. & rectificentur.

Dum

Dum vulgares *Tinctura Bezoardica* Pharmacopœorum ∽ satis phlegmaticos, perversè satis, recipiunt, patet, quid de iis habendum? cum ita potiùs sint imago veræ ℞æ bezoardicæ, quàm vera ℞ Bezoardica: *PARACELSUS* enim ∽ volatiles recipit ac eligit.

Virtutes spiritus volatilis tartari tantæ sunt, ut verbis vix exprimi possint. Cùm enim constet alcali volatili urinoso, omne acidum absumit ac dulcificat, unde in affectibus hypochondriacis aliisque salutare est remedium. In arthritide & podagra curanda nullum perfectius certiusvè datur remedium, quàm ♀, & ejus ⊖ volatile; cujus usu fit ♀ volatilisatus: Ratio patet, quia ⊖ volatile ♀i lymphæ acidum, nervos infestans & tendines pungens, absorbet, corrigit & emendat, coagulationem in tophos impedit, internè assumptus vel externè applicatus. Deinde prodest ♀ probè præparatus in podagra propter convenientiam, quàm habet ♀ podagricorum cum tartaro remedente: ita nempe provido naturæ consilio unum idemque & pestem minatur articulis, & salutem promittit. *Tartarus* quippe ex assumpto copiosiùs vino in stomachi cavo cumulatur, & ex eo in alias corporis partes delatus, si partes offenderit nervosas, dolores excitat podagricos: Quibus idem tartarus à vino in dolio separatus, si debitè præparetur, certâ experientiâ medetur. Nec enim quodlibet volatile cuilibet acido adversatur, sed hoc alcali illi acido specificè contrariatur. *Spiritus Tartari volatilis*, cùm omne acidum ferè destruat, *in affectibus chronicis quibuscunque salutarem promittit operam*, in specie & in malo hypochondriaco, paresi ex colica, quæ in Moravia est endemia; *item* in pleuritide, hydrope, &c. summi erit emolumenti; quos affectus partim per ☉m, partim per sudorem, eorum eliminando causam continentem, curat.

Post *spiritum* in destillatione ♀i prodit *oleum fœtidum, quod est alcali* ab *acido pingui concentratum*; quod, uti quibusdam in more positum, non est rejiciendum, sed *aliquoties super C. C. ustum rectificando suæ claritati redditum* optimi est effectus sine fœtore sensibili. Est namque, quod certum, summum sudoriferum, cujus guttæ ij vel iij in morbis malignis, ubi sudor subinde difficulter promovetur, potentissimè cum fructu movet sudorem; unde eadem ob rationem in colica, &, quæ ejusdem est naturæ, in hysterica passione, utut fœteat, est auxilii præsentis. Itidem in doloribus podagricis, ut suprà jam dictum, externè adhibitum, ut & in calculo renum, maximè convenit. Bubones pestilentiales optimè maturat, abstergit & curat. *Sic si oleo tartari fœtido spiritus vini affundatur, tetro sualori succedet odor rorismarino similis.*

Superest adhuc ex destillatione ♀i ☿ nigri coloris, *& in eo latitans sal i fixum, quod omnium fixorum princeps existit & dominus*, singulares tàm in Medicina quàm Alchymia præstans effectus. Menstruorum egregiè intendit virtutem, si cum spiritu vini imprægnetur, seu cum menstruo aquoso solvatur, unde in decoctis & infusis purgantibus, in specie sennæ additum, miros exhibet sui fructus, & operationem accelerat & facilitat. Deinde est summum diureticum & diaphoreticum, in febribus apprimè conducibile. Inter cosmetica facilè primum locum occupat, dum in affectibus externis cutaneis certa existit curatio, in specie serpiginibus, varis, pustulis, guttæ rosaceæ, &c. egregiè medetur. *In scabie unguentum de cerussa cum oleo tartari per deliquium parato est expertissimum*: Ratio est, quia acidum præternaturale subcutaneum absorbetur ab oleo ♀i alcalico, unde cessat affectus morbosus.

In *Alchymia* est optimum menstruum pro solvendis ferè omnibus mineralibus, eorumque sulphure extrahendo. Optimè quoque convenit in resuscitandis metallis, eorumque Mercurio elaborando, unde dicitur sal resuscitativum.

Ex hoc ⊖♀, cum acido volatili aceti sufficienter saturato, elaboratur *terra foliata tartari*, quæ nihil est aliud, quàm Tartarus regeneratus. Eam describit *ZWELFFERUS in Apolog. contra Tacchen. l. 2. cap.* 10. sub nomine salis essentialis; ante eum tamen *LOCATELLI* descripsit. Sal hoc ♀i ✳o ita imprægnatum solvitur in ♈, solutio abstrahitur, donec remaneat corpus laminatim sibi invicem superjacens, hinc ▽æ foliatæ nomen accepit. Ex hac ▽ foliata eadem pariter, ac ex tartaro, per retortam produci possunt; spiritus nempe, phlegma, oleum, & sal fixum, quæ nullo modo differunt à productis ♀i communis: idem quippe spiritus est in vino, aceto & tartaro, saltem quod sub diverso diversi concreti tegmine lateat. *Terra hæc* facilè liquescit, qui liquor singulare est stomachicum & incisivum, polychresti usus in malo hypochondriaco & affectibus nephriticis, morbisque virginum: Vid. *SCHWALBE de acido & alcali p.* 131.

Pertinet huc ♀ ♀*isatus*, qui paratur ex ⊖♀, soluto in ▽ *simplici*, vel *pluviali*, vel *Rore Majali*: Solutioni inspergitur *tartarus crudus pulverisatus* tamdiu, donec non amplius fermentent: liquor filtratus blando igne coagulatur vel crystallisatur.

Cœterum sublimiores chymici non contenti ⊖♀ fixo, eo suum dirigunt studium, ut ⊖♀ fixum volatilisent. *Aliud verò est sal volatile ex fecibus vini, & aliud sal tartari volatilisatum.* Hoc opus, hic labor est. Ratio autem, cur tàm anxiè quærant chymici, est, quia *HELMONTIUS* dicit, quod ejusmodi sal fixum volatilisatum sit loco menstrui universalis in alchymia; item quod remedium sit penetrantissimum, usque ad limen quartæ digestionis (quam in arteriis *HELMONTIUS* collocat) penetrans, vi suâ saponariâ, omnes totius corporis sordes abstergens, & illud purificans.

Modi volatilisandi instituuntur varii: *Sunt* qui cum aceto destillato & ♈ volatilisare tentant, ut fit cum ♀i ▽ foliata; sed acidum hoc in ⊖♀ concentratum suggerit Tartarum regeneratum: *Alii* cum ♈ per repetitas digestiones & cohobationes, uti fit *balsamus Samech Paracelsi & Helmontii*; sed ♈ est insufficiens: *Sunt*, qui *cum oleo tartari fœtido* periculum faciunt secundum *HELMONTIUM*, si ⊖ vegetabile cum proprio oleo conjungatur; sed hoc modo ipsum ☍o mediante ⊖♀ *recluditur*, unde ⊖ *vol.* non *ex* ⊖e fixo: sed *oleo fœtido elevatur*: Alii *volatilisationem salis tartari fixi cum aëre tentant, qui modus multum habet in recessu.* Risum verò meretur *ZWELFFERUS*, qui in cella liquefacit ⊖♀, putatq;, hoc modo cum ⊖e, quod est in △e conjunctum, volatilisari; sed frustrà: nam Epicrisin videbitis in *LUDOVICI Præfat. de* ⊖♀, item *in BECKII Meditat. & Experim. circa rerum natural. Princip. p.* 155.

Ex sale tartari fixo cum spiritu vini rectificato extrahi creditur tinctura tartari; sed falsò. Nam in igne ⊖♀ transmutatur in corpus calciforme cœruleum vel rubrum, quod affuso spiritui vini rectificato facilè largitur ℞m rubram: hinc patet, quod ⊖♀ fixum redigi queat in ▽m planè insipidam. *Ea igitur Tinctura non est à sale tartari*, quia *caret partibus* △*eis*, quæ si inessent, per intentam hanc calcinationem penitus expellerentur: potiùs pinguedo seu sulphurea ♈ substantia

ſtantia ab alcali hoc exaltata & reſoluta ℞m rubram acquirit; qualem etiam cum nitro vel ſimilibus ſalibus alcaliſatis calidè digeſtus contrahit. *Quod ſi tamen quis velit parare talem ex ſale tartari tincturam, ea cum ▽ rectificati partibus tribus & ∽ tartari parte una extrahenda, ſicq; pro uſu Medico efficax obtinetur* ℞.

LECTIO IV.

DE

PLANTIS earumque VIRTUTIBUS.

PErgo jam ad reliqua *vegetabilia*, eorumque craſes atq; virtutes ſummatim, quantũ quidem propoſiti noſtri ratio permiſerit, perluſtraturus, atque ad Chymicorum principia reſtrictutus. Vulgò per *calidum, frigidum, humidum, ſiccumque*, plantarum qualitates exprimuntur, ac ſi per guſtum, v. g. per ſaporem mordentem varius caloris gradus dignoſci poſſit; *Chymici* verò *commodiùs ſimplicium qualitates* ſcrutantes, ea *variis ſalium miſtionibus adſcribunt*: Ita, quando *GALENICI* ea, quæ acria ſunt, dicunt eſſe calida, *CHYMICI* dicunt, conſtare ☿e volatili acri: Unde qualitates iſtæ primæ, & ex his ſecundæ, &c. paucæ erunt utilitatis in uſu Medico; unde quoque à *PARACELSO* vocantur *Rerollea*: quin potiùs totius ſimplicis craſis conſideranda probè, quâ intellectâ multum ſanè in Medicinam redundabit.

Quæritur: *an in vegetabilibus ante incinerationem detur ſal fixum?* Reſp. contra *PARACELSUM, TAACKIUM de Reſurrect. rerum*, & *WILLISIUM de Fermentat. cap.* 2. cum *BECKIO Experim. circa rerum natural. Princip. pag.* 99. *GREW de Mixt. pag.* 48. & 49. & *SCHWALBE de acido & alcali p.* 121. *Fixum reverà in nullo vegetabili ſal eſt, ſed fit demum per incinerationem*, pro cujus diverſa ratione quantitas quoque alcali fixi variat; quod non fieret, ſi ☿ia fixa plantis ante incinerationem formaliter ineſſent. *Dum vegetabilia uſtulantur, unionis vinculum ſolvitur*, & tum demum acidum & alcali arctiori copulâ, & promptiori actione, jungi poſſunt; exurente verò igne ambo fixantur in cinere, & ſub eo in ☿ fixum transmutantur. *Ex* herbis & *lignis putridis nullum, ex vegetabilibus arefactis in aëre non ita copioſum, elicitur ſal fixum*, utut diu ſatis crementur; quia ☿ volatile, acidum & alcali, avolavit, aut in totum, aut ex parte ante incinerationem. *Si recentia* adhuc & igne leniori *exurantur, plus ſalis provenit ſuperſtitibus pugilibus*, longè ab alcali differentis. Nihil ☿is fixi præfuiſſe in ligno, priusquam computruerat, exinde evincitur, quod aliàs remanſiſſet. *Si △ nimium urgeatur, alcali meracius exſurgit; ſi liquefactivo urgeatur igne, exuberat alcali acido abacto.*

Ut verò ordine procedam, & paucis multa dicam, plantas omnes in 5. diſtribuam Claſſes.

Claſſis I. continet *plantas aquoſas* & ferè *inſipidas*, quales ſunt portulaca, ſemper vivum, lactuca, endivia, &c. *Omnes* ejusmodi plantæ conſtant ſale volatili temperato & occulto, ratione cujus refrigerare dicuntur, quatenus ſcilicet phlogoſes & inflammationes ex acido ortas ſopiunt atque compeſcunt. Plantarum harum occultum alcali exinde pateſcit, quia *eſſentiæ earum ſaturnum in aceto deſtillato ſolutum præcipitant*; dum nimium alcali refrigerantium talium herbarum ſe cum acido menſtrui conjungit, & ita ſaturnum ſolutum ex poris menſtrui ▽at: vid. *TACCHENIUS.*

Præſtant in officinis ex plantis his ▽æ deſtillatæ & ſucci inſpiſſatæ ſeu Rob. Quæritur: *an aquæ plantarum deſtillatæ ſint alicujus efficaciæ?* Reſp. *HELMONTIUS* nudos vocat herbarum ſudores, quibus pauca inſit virtus Medica: Id quod verum eſt de inſipidis & inodoris, quæ nil retinent de totius concreti craſi. Illa autem, *quæ odore & ſapore ſimplex ſuum referunt, omninò alicujus ſunt virtutis*; quales ſunt, quæ per digeſtiones repetitasque cohobationes præparantur; *reliquæ verò nullius ſunt valoris.*

Claſſis II. comprehendit *plantas aquoſas*, ſed *acidas*, quales ſunt omnes *ſpecies acetoſæ, acetoſellæ*, & omnes aliæ, quæ *acidum habent* ſaporem, *quarum acidum tamen ab alcali occulto continetur. Hæ planta aquas dant, ſed inertes. Meliùs earum ſucci in uſum vocantur*, inprimis ſuccus acetoſæ rubeus, & gratum habens ſaporem. Plantæ hæ pergratæ ſunt ſtomacho, & *in febribus ardentibus, temperando bilis æſtum valdoperè proſunt.* Succus plantarum harum inſpiſſatus dat verum tartarum ſeu *ſal eſſentiale cryſtallinum*, ejusdem ferè ſaporis & figuræ, qualis eſt ♀ vini.

Claſſis III. eas exhibet *plantas quæ ſunt ſaporis amari citra odorem.* Tales *in receſſu habent ſal ſubtile nitroſum*, quaſi tartarum, quales ſunt cichorium, carduus benedictus, carduus Mariæ, lupulus, fumaria, centaurium minus, taraxacum, &c. *Ex eorum* quoque ſuccis parari poteſt ſal eſſentiale per coagulationem & inſpiſſationem, quod per lixivium depuratum concreſcit in ☉ inflammabile, unde ratione nitri plantæ hæ erunt abſterſivæ, diureticæ & ſudoriferæ virtutis, convenienter in affectibus chronicis, dum ſordes abſtergunt, & craſin maſſæ ſanguineæ reſtituunt. Ex his commodè parantur decocta, utpote quibus promptè virtutes ſuas communicant; item in nodulis alterativis, diureticis, &c. felici adhibentur cum ſucceſſu.

Claſſis IV. oſtendit *plantas acres & penetrantes, conſtantes ſale volatili admodum acri*, ut ſunt naſturtium, cochlearia, ſinapi, armoracia, raphanus, eruca, piper, & quæ ſunt aliæ ſapore acri prædita. *Vulgò hæ plantæ dicuntur antiſcorbuticæ, & adhibentur ad corrigendum in corpore acidum*, v. g. in malo hypochondriaco, cachexiis, &c. ubi hæ ſunt uſitatiſſimæ & efficaciſſimæ: *Aquæ harum plantarum* in deſtillatione ſecum rapiunt aliquid de ſale volatili acri, cujus ratione alicujus omninò erunt efficaciæ. Per fermentationem hæ plantæ dant ſpiritum, qui tamen in ſimplicibus ante fermentationem re ipsâ non exiſtebat, ſed fit demum artis operâ per fermentationem, quatenus particulæ ſalinæ junctæ cum oleoſis volatiliſantur, & ulterioris fermentationis ope abeunt in ſpiritum.

Quæritur: An tales plantæ ſale volatili copioſo prædita pro eliciendo ſpiritu volatili ſint fermentandæ? ut inde habeatur ∽ volatilis nec ne? ſunt qui negant, ſunt etiam qui affirmant. Qui negant, dicunt, quod in fermentatione talium plantarum minimum ☿is volatilis recluſi exhalet, in quo tamen totius plantæ energia conſiſtat. Nam antiſcorbuticarum plantarum, dum fermentantur, odor ad aliquot ædes poteſt percipi, propter ☿ia volatilia copioſè exhalantia. Qui affirmant, dicunt, quod fermentatione optimè recludantur mixta, & volatiliſentur ea, quæ anteà fuerunt fixa; Quod verò ſub fermentatione iſta exhalat, paucum eſt, & vix conſideratione dignum: accedit, quod ☿ia iſta tam firmiter invicem ſibi ſint connexa, ut vix quidem avolare queant: Ita *ſpiritus cochlearia per fermentationem paratus eſt acerrimus, acrior longè illo, qui fit per abſtractionem.* Sunt tamen, qui dictas herbas deſtillant, deſtillatum à novis herbis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0506-3 DFG

herbis abstrahendo, vel istas species fermentando, egregium acquirunt spiritum.

Classis V. affert plantas odoratas & aromaticas, quales sunt salvia, rosmarinus, absinthium, pulegium, thymus, serpillum, levisticum, angelica, semen anisi, fœniculi, cumini, &c. *Constant hæ plantæ sale volatili* oleoso, & dant destillatæ aquas, quibus oleum supernatat; quod in quavis planta concentratum existit: sal fixum in capite mortuo remanet. Plantæ hæ fermentatæ quoque spiritum exhibent: sed præstat olea ex iis elicere, quia in his virtus plantarum minus est alterata. Sunt verò hæ plantæ, quoad *virtutes*, cephalicæ, stomachicæ, nervinæ, uterinæ, analepticæ, &c. unde omnes ▽as apoplecticas epilepticasque baseos loco ingrediuntur, propter ⊖ volatile aromaticum per ⅄ elevatum, partibus nervosis apprimè conducibile. Ratione virtutis oleosæ conducunt in affectibus flatulentis, quia impediunt fermentationem præternaturalem, indeque obortos flatus: sic fæniculum, coriandrum, &c. optimè flatulentias enatas dispellendo compescunt.

LECTIO V.

DE

FLORIBUS.

POst *herbas* sequuntur *Flores*, *qui in tres classes distribui possunt*: *Classis I. continet flores inodoros*, ut sunt flores nymphęæ, antirrhini, aquilegię cyani, &c. *Hi flores, inodorati dant aquas, sed inertes.* Post ▽as exhibent succos inspissandos, qui non semper rejiciendi. *Classis II. habet flores odoratos*, sed tantùm superficietenus, v. g. liliorum convallium, rosarum, violarũ, jasmini flores, hyacinthi, &c. quorum odor facilè dissipatur. Olei ex his per destillationem odorati vel parum vel nihil acquiritur: Ergò *si quid odorati habere velimus*, necessum est, ut *per infusionem id tentemus*: v. g. ex floribus Jasmini fiat S. S. S. cum oleo been; sic hoc ♁ imbuetur fragrantiâ Jasmini florum. Olea hujusmodi majoris sunt in cosmeticis, quàm Medicina momenti. Vid. *TOBIAS ALDINUS in horto Farnesiano*, cujus libri verus Autor est *PETRUS à CASTRO.*

Classis III. odoratos aromaticosque prodit flores, quorum vis est concentrata, ut sunt lavendula, thymus, serpillum. Flores hi ejusdem cum plantis aromaticis sunt virtutis, scilicet nervinæ. Destillari ex iis potest oleum, & cum spiritu vini dant verum spiritum vini aromaticum.

LECTIO VI.

DE

LIGNIS.

POst *flores* considerationem merentur *ligna*. Hæc, ut partes duræ, *omnia* ejusdem ferè sunt naturæ, & sub ignis tortura exhibent

1. *Aquam* simplicem.
2. *Spiritum* acidum.
3. *Oleum* crassum fœtidum empyreumaticum.
4. In *Capite mortuo sal fixum* cum terra nigra reperitur.

Spiritus lignorum constat ex acido & spiritu volatili ardente; si enim ille corallis aliisque corporibus fixis terreis affundatur, tunc hæc corripiunt, & detinent secum acidum spiritum, & in destillatione dimittunt spiritum ardentem volatilem, qualis ferè est spiritus vini. Spiritus lignorum egregium præbet sudoriferum. Dosis à ℥ß ad ℥j. Nam in hoc omnia penè conveniunt ligna, quod sudorem moveant, sive decoquantur, sive ex iis paretur essentia aut ∽. In specie in affectibus cutaneis & catarrhalibus essentia lignorum multum valet.

Post spiritum ligna *dant oleum*, quod est sudoriferum potentissimum, multi usus in bubonibus pestilentialibus, ulceribus, lue Venerea & similibus.

Ex lignis procedit *Fuligo*, *quæ nihil est aliud, quàm spiritus acidus ex lignis avolans, compositus ex acido volatili, & sale volatili urinoso.* Eadem dat producta, quæ dant ligna, ex quibus productis fuligo constat: scilicet

1. Phlegma,
2. Spiritum
3. Sal volatile,
4. Oleum,
5. Caput mortuum.

Spiritus fuliginis movet sudorem, & est antipleuriticum optimum, ad ℥j exhibitus. Externè unà cum emplastro ex terebinthina & fuligine egregiè convenit in febribus chronicis, pulsibus applicatus; item in ulceribus cancrosis, ratione ⊖is volatilis ⊖si, optimi est usus.

LECTIO VII.

DE

SEMINIBUS.

REstant denique *in Regno vegetabili* consideranda semina, quorum *alia nutritiva, alia alterativa seu Medica*: Illa sunt *temperata*; Hæc vel *in sapore vel odore excedunt.* Commodè verò *semina omnia ad tres revocari possunt classes.*

Classis I. continet semina, quæ tùm *sapore*, tùm & potissimùm *odore excedunt*, suntque *carminativa, quæ constant sale volatili oleoso*, ut semen anisi, fœniculi, carvi, cumini, dauci, &c. Sal hoc oleosum volatile interdum per vesicam destillando elicitur, interdum exprimi potest; & *ab hoc sale volatili oleoso vis carminativa* seu flatus dispulsiva *dependet*: *Unde hæc semina infusa in vino optimè flatus in corpore dispellunt.* Nervina quoque sunt, & convulsionibus, vulgò in corpore halitibus acribus adscendentibus adscriptis, medentur, easdem sopiendo. Talia semina dant destillando ▽as & ♁a, in quibus oleis vis earum tota residet.

In Classe II. ponuntur *semina in sapore* quàm maximè *excedentia & gustu acerrima*, ut sunt semen sinapi, cochleariæ, piperitis, &c. Hæc gaudent ⊖e volatili acri copioso, acido pauco tamen adhuc juncto; unde in scorbuto, ubi dominatur acidum illud rancidum vitiosum, valdè conducunt; item mucilaginem in intestinis hærentem abstergunt, inque affectibus renum, nec non vertigine, apoplexia, &c. valdoperè prosunt talia semina acria. Ex se nulla dant Præparata, nisi quod *fermentando exhibeant spiritum.*

In *Classe III.* se offerunt *semina temperata*, & sunt potissimum *nutritiva, quæ in se habent mucilaginem quandam in qua vis nutritiva residet.* Ista mucilago nunc magis est aquosa, ut in semine pertroselini, fænugræci, seminibus quatuor frigidis majoribus & minoribus; nunc magis oleosa, ut in semine lini, 4. frigidis majoribus & minoribus, amygdalis dulcibus, &c.

Ex seminibus his exprimitur oleũ, in quo vis nutritiva, & stimulans Venerem deprehenditur. *Et talia*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171111-p0507-9 DFG

semina etiam *possunt subtilisari seu volatilisari, ut exhibeant spiritum*, qui in potu inebriativo, ex hordeo vel tritico parato, evadit manifestus: *Quin ex iis beneficio fermentationis elicitur spiritus ardens inflammabilis, & insigniter inebriativus.*

Ex seminibus hisce nutritivis componitur *panis*, quando scilicet illorum principia fermentativa in volatilisando impediuntur, & acida fixa unà cum reliquis particulis coguntur in massam illam vulgò notam, scilicet panem.

Panis praeparatio in legitima cumprimis consistit fermentatione, quâ, adjectione fermenti acidi volatilis, farinæ aufertur visciditas, & resolutæ partes ⊖inæ & sulphureæ quædam aliarum particularum implexu aliquantisper se extricant, fermentando volatilisantur, & in spiritum volatilem ardentem transmutantur; Antequam verò totæ hoc modo volatilisentur, clibano imposita massa torretur, unde *pars volatilisatorum salium in spiritum avolat, svavi* odore omnia replens, quibusvis perlarum aquis in virtute confortativa præferenda: vid. *BECCHERUS in Physica subterranea l. 1. Sect. 5. c. 2. §. 144.* cujus colligendi modum docet *Kergerus de Fermentat. l. 3. pag. 181. cap. 1.* pars verò altera ⊖ium nondum perfectè volatilisata, impedito fermentationis per exsiccationem motu, à reliquis particulis implicata detinetur, *facili* tamen *Vulcano in spiritum subacidum volatilem per retortam separanda*, à quo subtilis panis aciditas dependet: Vid. *Medic. Hippocrat. cap. 3. §. 4.* Qui volunt magis nutriri, comedunt semina cruda; qui verò alterari, & spirituosas seminum partes malunt, adhibent semina fermentata, vel eorum destillatum spiritum.

Et hæ sunt virtutes vegetabiliumgenerales, prout quædam horum sunt aromatica, alia acida, alia abstersiva. Hæ tamen virtutes non confundendæ cum specifica cujuslibet vegetabilis virtute, quæ in totius crasi consistit & fundata est. *Sic multæ plantæ in sapore acri conveniunt, quæ tamen ratione specifica & individualis sua virtutis à se invicem, experientia teste, differunt*: Ita absinthium & centaurium minus utraque amara & ⊖ina sunt, in eo tamen differunt, quod illud languentem consoletur stomachum; hoc specificè febribus adversetur: sic in specie sabina menstruum revocat.

Quod *de plantis* dicitur, id quoque de omnibus earum partibus verum est: *sic flores liliorum convallium* epilepsiam curant; paralyseos & anthos paralysin fugant; crocus mensibus fœmellarum dicatus observatur. *Ligna omnia in eo conveniunt, quod sudorem movent*; quoad specificam verò facultatem lignum buxi est summum anodynum, corylinum anticepilepticum, sassafras anticatarrhale; Guajacum antivenereum. Semina anisi, fœniculi, erucæ, sinapi, &c. in sapore quodammodo conveniunt; *specificâ* verò virtute semen sinapi stomacho, erucæ semen asthmati, anisi flatulentis & mammarum affectibus, fœniculi oculis succurrunt.

SECTIO III.

REGNUM ANIMALE.

IN animalibus non magna in universum est differentia, quoad producta eorum chymica, utpote quæ *in sale volatili eorum* omnia conveniunt, nisi quod insecta singulare quid præ reliquis habeant. In genere autem animalia omnia, eorumque partes, tam solidæ quàm liquidæ, constant copioso sale volatili, cumprimis oleoso, quod ignis beneficio elicitur. Ita ex pilis, cornubus, ossibus, sanguine, quin & excrementis, copiosum lege artis prolicitur sal volatile oleosum. Prædominans itaque in animalibus principium est sal urinosum, acido tamen suo saturatum; ita ut pauca sint, in quibus acidum prædominatur, quæ inter sunt *majores formicæ*, quæ & ipsæ *contusæ saltem odorem acidum spirant*; & ex his præparat *LAUREMBERGIUS aquam* suam *magnanimitatis* dictam. *Per ignis examen formicæ hæ dant spiritum acidum*, qui ♂ rodit, & in rubiginem convertit; *aciditas tamen hæc formicarum temperata est ab alcali quodam sibi debito*: id quod exinde apparet, quia ex tali formicarum spiritu elici potest ∽ urinosus alcalicus. *Sic si spiritus formicarum misceatur cum calce viva, & addatur parum aquæ frigidæ*, obortâ effervescentiâ *acquiritur spiritus urinosus*: Aliâ quoque ratione separatur ∽ urinosus ab acido, si in vitro clauso formicæ ad putrilaginem redigantur, tunc subiguntur acidum & alcali, alteranturque in urinosum spiritum, de natura alcalium.

Sal hoc *volatile animalium*, dum adhuc suogaudent vigore, est salsum, ex acido & alcali volatilibus constans, quæ duo conjuncta dant sal volatile salsum, ita tamen, ut prædominetur urinosum: Id quod apparet in specie in excrementis animalium, quæ constant acido & urinoso, ambobus volatilibus conversis in ⊖ tertiũ, nempe ⊖sum. *Modum separandi acidum ab alcali videbitis apud TACCHENIUM.*

Si animalia, eorumque partes, ignis subjiciantur examini, prodit.

(1) *Phlegma, sed spirituosum.* Non enim simplex esse phlegma exinde patet; quod si destilletur striatim prodeat, quas strias solis competere spiritibus, vel tyroni in chymia est notissimum.

(2) Succedit *sal volatile copiosum, receptaculi lateribus adhærens.* Hoc ipsum figurâ suâ suum non raro refert concretum: id quod non tam in C. C. videre est, sed observatum quoque fuit in ▽ spermatis ranarum, quod parvulas repræsentarit ranulas: sic ex pane elicitum spiritum & ⊖ volatile spicas elegantissimas retulisse relatum est: ita chymicus quidam ⊖volatile absinthii exactè figuram absinthii referre vidit.

Hoc *sal volatile animalium tam ex duris*, quàm mollibus eorum partibus, elicitum variat, pro varietate animalis. Sic in animalibus sylvestribus sal hoc acrius est quàm in domesticis, in maribus multò volatilius & penetrantius, quàm in fœminis: *in castratis* temperatius est, quàm in non castratis, propter fermentum testium deficiens, quod massæ sanguinis infusum eam reddit acriorem.

Quæritur: cùm sal volatile animalium viventium, ceu suprà monitum, sit salsum, cur in destillatione prodeat sal volatile urinosum, pauco acido stipatum? Resp. acidum illud partium animalium sub △ examine arripit ⊖ volatile urinosum, & cum eo coagulatum constituit.

(3) In destillatione animalium prodit *oleum*, quod *nihil est aliud, quàm sal volatile ab acido pingui concentratum.* Acidum verò inesse oleosis, exinde probatur, quod ♁ destillata animalium cum ⊖e volatili proprio conjuncta, tractu temporis abeant in corpus saponiforme, in signum conjunctionis mutuæ acidi & alcali, ex qua combinatione oritur sapo.

(4) Remanet *caput mortuum nigrum, terra inert, omni activitate orbata, in quo capite mortuo nihil reperitur salis fixi*; quoniam per fermentationem, & continuâ △is inspirationem omnia sunt volatilisata, ut ita nihil ⊖is fixi haberi queat; ut ut animalia subinde cum assumptis ⊖ commune assumant, & talia come-

comedant, quæ aliàs exhibeant ⊖ fixum. *Si tamen quandoque salis fixi aliquid ex animalibus obtineatur, illud non est fixum sal animalium nativum, sed est sal esculentum, quod non potuit superari à fermento ventriculi*; quicquid etiam dicant nonnulli in contrarium, quod scilicet à ⊖e communi esitato scabiei defœdatio originem trahat suam: id quod exinde patet, si tale ⊖ fixum cum bolo destilletur, prodibit ∽ acidus, spiritui ⊖is simillimus. *Caput mortuum ut plurimum est nigrum, forti tamen calcinatione evadit album*; uti quoque videmus carbones lignorum ulteriori calcinatione in cineres albos fatiscere, *quod fit ex varia texturæ in igne mutatione*, de qua vid. *BOYLE de lotorib. P. 2. Experim. 3. pag.* 139.

Hæc de perfectis animalibus, eorumque principiis & productis.

Videamus nunc quoque *Insecta, quæ constant sale volatili, sed non oleoso*, verùm nitroso. Certum hoc est, quod sal volatile insectorum multò volatilius sit & penetrantius, quàm reliquorum animalium salia volatilia. *BECCHERUS* ex putrefactis lumbricis nitrum perfectum conatur elicere; unde talia insectorum præparata habent insignem vim diuretieam, præprimis eorum, quæ in locis subterraneis, cellis, muris vetustioribus, &c. vitam degunt, v. g. lumbricorum, asellorum, bufonum, &c. qui singulare ⊖ diureti cum in se continent.

Partes animalium molles per putrefactionem *tota quandoque abeunt in liquorem spirituosum*: v. g. *secundina humana*, si detractâ cuticulâ incisa in MB putrescat, destillando transit tota in liquorem spirituosum: sic *cerebrum animalium* in digestione servatũ sub △ examine transit itidem in liquorem spirituosum: *lumbrici terrestres* putrefacti in totum abeunt in spiritum exceptis pelliculis; exponuntur nempe in vase modestè clauso (ne scilicet vas rumpatur) calori ⊙ari, unde fit, ut in *tres* resolvantur *substantias*:

1. In fundo subsidet *terra nigra*;
2. In superficie innatant *pellicula*; &
3. In medio pendet copiosus *liquor* coloris aurei, qui separandus è reliquis particulis.

Pellicula verò illa lumbricorum, quod mirum est, *si de fodiantur sub terra, fit, ut denuò vivi enascantur lumbrici copiosissimi.* Similem *generationem lumbricorum* videbitis apud *MOELLENBROCCHIVM de Varis.*

Vsum productorum Chymicorum ex animalibus quod attinet;

(1) *Phlegma est spirituosum*, quod primò „ prodire, in præcedentibus dixi. *Per se ra-* „ *rò usurpatur, sed unitur cum sale volatili*, & „ tunc vocatur ∽ *essentificatus*: v. g. phlegma „ spirituosum C. C. si misceatur cum sale volatili cornu cervi, vocatur *spiritus essentifi-* „ *catus cornu cervi.*

(2) *Sal volatile.* Hoc cùm sit de natura „ alcalium, omni acido præternaturali erit „ contrarium, adeò ut salia talia ratione suæ „ penetrationis etiam acidum præternatura- „ le in partibus remotioribus absorbeant at- „ que corrigant, & ita disponant, ut per cor- „ poris poros eliminari possint; unde poda- „ gricis doloribus summi erunt emolumenti: „ *sic quoque grumosum resolvunt sanguinem, & inde enatas inflammationes dissipant egregiè*: sic quoque sudorem movent; unde in erysipelate, pleuritide, aliisque affectibus per sudorem curandis, in tempore adhibita speratũ certo certius præstabunt auxilium: eadem ex ratione *in febribus malignis, in specie* in *variolis & morbillis, item in purpura mulierum, multi sunt usus*; in purpura autem, si talia ⊖ia volatilia cum myrrha propinentur, singularia erunt inde commoda: Porrò *in doloribus vagis scorbuticis, quatenus acidum dolorificum destruunt, egregiè prosunt*: in apoplexia, epilepsia, paralysi, &c. præmissis præmittendis vix ulli cedunt remedio: in proliciendo sudore nullum convenientius certiusque datur remedium.

(3) *Oleum* utut insuave, tamen non rejiciendũ, sed aliquoties super caput mortuum *rectificandũ*, ut absorbeatur aciditas ejus, & odor saporque insuavis emendetur. Ita *præparatum* in paralysi, tremore artuum, &c. externè commodè jungitur: sic quoque in tumoribus duris scirrhosis multum præstat utilitatis, sudorem egregie promovet, & satisfaciunt huic scopo guttæ iij l. v assumptæ.

(4) *Caput mortuum* omni activitate orbatum, adhuc tamen *hoc habet commodi, quod* ceu vacuum & sitibundum corpus *omnes humiditates absorbeat, imbibatque, & ita per accidens egregios tàm internè quàm externè in ulceribus præstet usus.* Quod verò caput mortuum *omne absorbeat acidum*, patet exinde, si ∽ vitrioli affunditur capiti mortuo cornu cervi, omnem prompte amittet acorem. *In sodà itaque ubi acidum vitriosum in vitis primis redundat, ejusmodi caput mortuum, v. g. cornu cervi ustum, insigniter proderit.* Ustio verò hæc non confundenda cum *calcinatione Philosophica*, seu calcinatione sine igne, eaque vel vaporosa, quando partes animalium osseæ in igne beneficio vaporis aquei friabiles redduntur, vel immersiva, quando per simplicem coctionem friabiles redduntur, quâ ratione etiam gelatina acquiritur. In tali enim *Calcinatione Philosophica, utut jactura fiat alicujus salis volatilis, non tamen omne auffertur*: id quod patet, si C. C. tali modo calcinatum destillatur, tunc prodibit ∞, ∽, & ⊖ volatile in certa quantitate.

Hæc in genere de productorum Chymicorum ex animalium virtutibus, quando v. g. *salia volatilia* omnium animalium in prædictis virtutibus, v. g. penetrativa, conveniunt. Sunt verò & aliæ *virtutes specificæ* dictæ, ob quas hoc *sal volatile* hujus animalis conducit in hoc affectu meliùs, quam alius animalis. *Ita sal volatile C. C.* in febribus malignis multum præstat commodi; *sal volatile viperarum* in affectibus cutaneis & lue venerea appropriatum celebratur remedium; *sal volatile bufonum* optimum & potissimum est diureticum & antihydropicum; spiritus & *sal volatile lumbricorum* optimum & certissimum antiarthriticum est, quod acidum arthriticum promptè absorbet, & per ⊡m eliminat; unde essentia arthritica ex vegetabilibus arthriticis cum spiritu lumbricorum & spiritu C. C. præparari solet; *sal volatile ⊖is ammoniaci* experientissimum est antiquartanarium; *sal volatile lapillorum* cancrorum optimum antipleuriticum & vulnerarium, unde decoctum cancrorum in vulneribus & ulceribus magno cum fructu propinatur; cancer enim scatet ⊖e volatili acri vulneribus dicato. Porrò medicamenta cancrina in ambustis mirè conferunt: ut taceam de virtutibus cancrorũ in morsibus canis rabidi, jam *GALENI* tempore notis: ipsi quoque lapilli cancrorum constant ⊖e volatili, quod cum acido adjuncto effervescere solet. Nec hoc judicandum tantùm de partium solidarum ⊖ibus volatilibus, sed & de mollium (ceu suprà erat distinctum) partium ⊖e volatili: sic ⊖ volatile sanguinis humani differt mirum quantum (teste effectu) à ⊖e volatili ⊡æ humanæ; ille in epilepsia, hic in calculo unicè confert: sic cranium humanum præparatum dysenteriæ reverà audit antidotus certissima, sicut ex cranio humano producta usnea omnem sistit hæmorrhagiam, quæ quasi basis est unguenti armarii seu sympathetici: sic cerebrum humanum per putrefactionem dat spiritum optimum, *teste GRASBECCIO* epilepsiæ remedium: secundina humana beneficio putrefactionis exhibet spiritum in pellendo fœtu, tàm vivo quàm mortuo, certissimum, quique non habet sibi parem, propinarique potest ad guttulas 30. vel 40. in cerevisia miro cum effectu; sic quoque in lochiis suppressis, item, teste experientia, in doloribus post pastum valdè affligentibus usitatissimum & efficacissimum est medicamentum, unde essentia ad partum ex hoc quoque conflatur spiritu: sanguis menstruus multa gerit occulta; certum namque est, quod linteum tinctum sanguine menstruo virginis, applicatum loco erysipelaceo, eidem magno sit commodo; sic quoque externè applicatum, dolores podagræ intentissimè sistit, curatque: Retulit mihi quidam amicus, quod viderit aliquot Tertianarios curatos per tale menstruo sanguine tinctum linteũ. Plures sanguinis hujus admirandos effectus videre potestis apud *SCHMUCKIUM, STARCKIUM, THEOPHRASTUM PARACELSUM* & alios. Sic, (ut pergam) priapus cervi in dysenteria specificè confert, imprimis si ejus decoctum propinetur cum hepate viperarum & crystallo præparata; speratus exinde erit successus: Idem judicium esto de priapo ceti, optimo antipleuritico. In stercoribus animalium magna quoque latet virtus Medica, ratione sui ⊖is volatilis: sic in specie stercus porcinum omnes hæmorrhagias ad miraculum sistit, in quibus non datur magis certum tutumque remedium, sive adhibeatur in forma sicca pulveris ad ʒj, sive in forma syrupi adhibitum. Annus est, ex quo rustica quædam post abortum, quem patiebatur, insigni laborabat fluxu sanguinis, cui, cùm à me consilium peteret, ordinavi stercus suillum: hoc maritus patienti suo uxori insciæ propinavit, & factum est, ut mulier pristinæ restitueretur sanitati: stercus equinum summum est itidem remedium in passione hysterica, etiam colicis doloribus, si exprimatur succus, & cum vino vel cerevisia propinetur: sic quoq; conducit in variolis & morbillis infantũ propinatum cum cerevisia calida, quas optimè per sudorem expellit: ut taceam de effectu, quem præstat in pleuritide, laudando, adeò ut licet ⊖ia volatilia animalium in uno puncto convenire videantur, diversa tamen sunt, & cujuslibet ratione specificè concreti crascos medeantur morbis, modò veluti quosdam specificos enumeravi effectus.

Absolvi hactenus ea, quæ satisfacere possunt scopo nostro chymico: supersunt tantùm duæ adhuc

QUÆSTIONES,

DE

LEGITIMA MEDICAMENTORUM QUORUNDAM PRÆPARATIONE,

Hâc vice ventilandæ.

Superius dixi, quod *præparationes medicamentorum hunc habeant scopum, ut*

(1) *Virtutes simplicium puræ extrahantur*, separatæ scilicet à scoriis excrementitiis.

(2) *Vt virtus eorum nociva aut auferatur, aut corrigatur, aut alteretur.*

Vix enim simplicia cruda pro usu medico sufficiunt, obstantibus in regno vegetabili excrementis terreis, in minerali sulphure

Oocali narcotico: Præparatione itaque ubique opus est. Nam v. g. antimonium ex se propter venenum catharcticum est summè nocivum: ast si figatur per ♁, extravertatur vis ejus ☉aris in sulphure proprio, commodum evadet medicamentum.

Quæstio jam est de Medicamentis chymicè præparatis, quæ intacta huc usque ab omnibus Medicis (excepto Helmontio & Boyle, qui eandem in medium producunt) remansit, scilicet

1. *An præparata Chymica virtute adhuc nativâ operentur? An verò*
2. *Novam, quam præstant, artis beneficio obtineant?*

Resp. Pauca sunt remedia chymica, quæ post △ examen virtutes simplicium incolumes servant, pleraque aut novas acquirunt operando virtutes, aut nativas alteratas insigniter obtinent; quales *alterationes contingunt propter mutatam simplicium talium texturam nativam, partim per addita, partim per operationum varietatem, ita, ut quo magis composita sint medicamenta aut magis operosa, pro varia sui operatione variè mutatas habeant nativas virtutes.*

Exempli loco sit ☉ fulminans: aurum per se nunquam fulminabit, sed tantùm per addita hoc virtutis acquisivit; sicut & pulveris pyrii ingredientia seorsim spectata, scilicet sulphur ♁ & carbones, seorsim nunquam sclopetabunt, sed conjuncta fulminis instar accensa tonant: Porrò sit exempli loco ☽ *hydragoga*: nempe *luna* per se non purgat, *conjuncta verò cum spiritu nitri* egregiè serosos humores expurgat, & ab eodem rursus artificiosè separata, reducitur in pristinum corpus ☽re, & ab omni purgante virtute cessat: Hinc *varia combinatio varias compositis largitur virtutes.* Sic *in Elixyre Proprietatis Paracelsi virtutibus exponendis non singulorum ingredientium virtutes examinandæ sunt*; v.g. quod *aloë* sit optimum abstersivum per se viarum primarum; *myrrha* per se sit balsamica, omnemque arcens putredinem; quod *crocus* exhilaret; sed *totum compositum considerandum, cum ingredientium virtutes à menstruo vel exaltari vel alterari potuerint. PARACELSO* communiter attribuitur, cùm tamen species hujus Elixyris sub eadem proportione ingrediantur *pilulas pestilentiales Avicennæ*, qui longè ante *PARACELSUM* vixit. Elixyr hoc describit *l. 8. Archidox. No. 6.* omisso tamen menstruo, de quo variæ lites exortæ sunt. Vulgò, & in officinis Pharmaceuticis, extrahitur cum ♈, *acuato cum spiritu quodam acidulo*, v.g. sulphuris, vitrioli, ⊕is, &c. sed *præstat spiritus salis communis*, ita tamen, ut ingredientia singula seorsim extrahantur, posteà conjungantur, filtrentur, & extractũ ad justam consistentiã inspissetur. *Hoc Elixyr valdè conducit in corrigendo* stomacho, si is copioso muco, imprimis acido, repletus sit, quem potenter abstergit, unde humidis magis convenit quàm siccis: à putredine tàm interna quàm externa præservat, vermesquè inde enatos enecat. In affectibus mulierum magis prodest, si præparetur cum alcalibus, quæ quoque promptè solvunt hæc ingredientia, sive sint fixa, sive sint volatilia. *Si fixa lubet*, tunc

℞. ♀*i* & ♁*i* ana part. æqu.

Detonentur unà; sic enim fit, ut coëant in △ tortura in alcali urinosum, ex quo per deliquium fit *alcahest Glauberi*; melius cum ▽ *simplici* fiat lixivium: Vel loco hujus recipiatur *Lixivium* ⊖♀: Huic infundatur *aloë, myrrha & crocus*; sic simul cum substantia aloës & myrrhæ mucilaginosa, resinosa quoque solvitur: solutioni ad justam consistentiam inspissatæ addatur ♈ ♀ *isatus* ut species dictas extrahat (*de sale tartari nihil extrahit spiritus vini, si rectè sit rectificatus*)

Egregium hoc est Elixyr in cruditatibus acidis, infantibus, in affectibus mulierum, in specie in cachexia, mensium & lochiorum suppressione, quæ sine amarore est, nec cum vehiculo aqueo ⊽atur. Vocatur Elixyr proprietatis sine acido.

Per alcali volatile componitur Elixyr proprietatis, quando scilicet spiritus salis ammoniaci artificiosè cum spiritu vini (quod cum calce viva procedit) paratur; sic ∽ ⊖ ✳ ci consueta Elixyr proprietatis ingredientia extrahit, & medicamentum constituit optimum in morbis malignis, ubi præprimis volatilia prosunt; item in præservatione variolarum, in specie ad præservandam purpuram insigniter commendatur, ut & in scabie, & aliis affectibus luem veneream comitantibus.

Placet & præ omnibus modus iste, quando spiritus vini loco spirituum acidorum acuitur per terram foliatam tartari (quam optimè solvit ♈) *& speciebus affunditur, sic easdem optimè extrahit, fitque medicamentum convenientissimum in suprà dictis affectibus*; imò ratione virtutum ferè Elixyr Paracelsi æquiparare solet.

Idem hoc menstruum est egregium quoque diureticum elegantis saporis. Egregiè quoque *Elixyr proprietatis tartarisatum* sequenti modo paratur.

℞. ♁*i*

♀*i* à q. s.

Detonentur: sal fixum solvatur in ▽ *simplici*, vel *pluviali*, vel *Rore Majali*: solutioni inspergatur

♀*i crudi* tantum,

donec hæc duo non amplius fermentent, & liquor rubicundus inde emergat, cum quo

Elixyr proprietatis præparari potest.

Aliàs *in præparatione Elixyris proprietatis varia Medici intentio consideranda*, prout vel alterans solum, vel simul laxans aut purgans expetit. *Pro scopo alterativo sufficit extractio cum spiritu vini acidulato. Sin verò laxare debeat, extrahenda venit aloë cum aqua, tantillo sale tartari acuata*; sic enim mucilago purgans commodissimè extrahitur: Reliqua postmodum ingredientia cum ☿ extracta cum priori conjungenda, & omnia ad justam consistentiam redigenda, aut additione Rhabarbari exaltanda.

Hæc erant Elixyr proprietatis vulgares præparationes. Nam quod quidã, inter quos est *SALA*, volunt, quod *PARACELSVS Elixyr proprietatis* extraxerit cum *spiritu vini terebinthinato*, falsum est; præparat enim cum Circulato Majori, seu cum suo menstruo universali seu alcahest: scilicet

Recipit *Aloën*,
myrrham,
Crocum, à ad ℥j.

Affundit ana *Circulati majoris*, clauso vase digerit, donec liquescant, hocque fecit blando igne, ut abeant in verum ☍: hoc ☍ circulat per mensem unum, extrahit, inspissat ad legitimam consistentiam, ceu videre est *in ejus scriptis*, quæ consulenda.

Quomodo *HELMONTIVS Elixyr Proprietatis* præparet, & quantas eidem debito modo præparato virtutes, præprimis in quartana, adscribat, *ex ejus scriptis* videre licet. Eadem nempe Ingredientia circulat ad aliquot tempus in vase capaci, admodum temperato igne (nam si remittatur gradus, labor non succedit; sin vero intendatur, rumpuntur vasa) hocque continuandum, donec in vase appareat nebula hinc inde vagans, quæ abeat in ☍, reliqua verò in corpus piciforme: quo oleo apparente affundit ▽*m cinnamomi*, & adhuc per unum mensem digerit, & postmodum destillat.

Sed ut revertar ad id, unde digressus fui, dixi paulò antè, quod præparata chymica aut planè novas acquirant virtutes, aut nativas insigniter alteratas obtineant, partim per aliorum additionem, partim per artificiosam variamque præparationem. *Alterantur* autem ut plurimum simplicia *in solutionibus cumprimis atque extractionibus*; omnes namque solutiones aut extractiones cum fiant per menstrua, semper aliquid in extracto & soluto corpore remanet de menstruo; unde *mutatâ texturâ mutatur quoque virtus concreti.*

Obiter *circa Extractiones vegetabilium notandum, quod ea* communiter fiant per ☿, sed minus commodè: Etenim *spiritus vini resinosas tantùm & sulphureas extrahit particulas, salinis interim particulis extrahendis improportionatus. Melior longè modus est, cùm simplicia solvuntur extrahunturque per aquam simplicem, acuatam cum alcali nitri vel alcali tartari*: sic acuata ▽ simplex omnia convenientissimè solvit vegetabilia, vel resinosa illa sint (qualia quidem ☿ non incommodè solvit) vel mucilaginosa, vel ⊖ina, eaque in blando balnei colore extrahit. *Extractio talis separanda & inspissanda in formam mellis vel roob, ex quo ulteriùs cum spiritu vini extrahitur essentia, quæ postmodum nunquam poterit præcipitari, promptiusque suos dabit effectus.*

Videmus hîc varias mutationes, quæ omnes sine virtutis nativæ alteratione non contingunt: Hocque si fit in vegetabilibus, quid non fiet in mineralibus, ubi per menstrua corrosiva & solutiones & Extractiones instituuntur? Talia enim vix ac ne vix quidem à soluto corpore separari perfectè poterunt, firmoque adhuc stat talo canon ille chymicorum, quod *omnia menstrua corrosiva coagulentur & figantur cum corpore solvendo, à cujus perinde conjunctione non potest non alterari ejus virtus nativa.* Fermentatio quoque, quas non in productis causatur mutationes? *Per hanc* tàm *animalium partes* quàm *ipsa vegetabilia* alterantur; (utut animalia potiùs putrescant in operibus artis) vegetabilia verò fermentent. Nam in fermentatione mistis crasis tota resolvitur, ipsaque totius *textura prorsus invertitur, ut avolantibus volatilibus fixa in fundo subsideant*, virtutibus suis plurimum spoliata. *Purgantia satis vehementer alioquin operantia si fermententur, minus purgant, imo quandoque vix laxant.* Idem esto judicium de opio fermentato, item de hyoscyamo, aliisque, quæ fermentata nonnihil de virulentia sua perdiderunt. *Fermentatione fiunt spiritus, qui* antea tales non extiterunt in concreto; sed sunt producta igne & arte, & eo ipso, quo sunt producta nova, suam virtutem debent artis beneficio. Sic quoque fiunt *olea*, quæ non sunt nativa, sed per ignis beneficium ex diversis principiis materialibus ⊖inis coguntur in corpus tale oleiforme, actu antea in simplicibus non extiterunt, sed nova sunt ignis producta: Sic in acoro officinarum ne guttula olei invenietur, nisi △ beneficio ⊖ina ejus principia concentrentur, ut in ☍a coëant. Unde *olea* talia quoque *differunt à simplicium suorum virtutibus, dum*

1. *Magis penetrant*;
2. *Stomacho molestiam creant*: Id quod testantur ructus satis diuturni post talium usum, quod pinguedo eorum acida concentrat ⊖ volatile, quo minus digeri possit.

Dige-

Digestio tamen insigniter alterat simplicia eorumque crases; hæc figit volatilia, v. g. Mercurium figit in pulverem rubicundum; hæc ☉*ia fixa volatilisat*, ut ulteriùs cum ♀ posteà volatilisari queant, idque omne facit beneficio *ignis*, *qui mille artifex in varias simplicia transformat figuras.* Unde manifestum evadit, quod producta chymica novam quasi induant naturam, quodque in medicamentorum virtutibus enarrandis non ingredientia singula seorsim sint examinanda, sed totum productum, ponderandum non neglecto interim menstruo, ut quod virtutem simplicium vel destruit vel alterat, vel intendit, non secus ac ex Mercurio & ♃e fit novum ens.

EPILOGUS.

DE

NON-ENTIBUS CHYMICIS.

PRiusquam laboribus nostris chymicis ultimam imponamus manum, non abs re erit, *non-entia* quoque nonnullorum obiter solùm meminisse, quæ à Pseudo-chymicis & Fumi-vendulis passim venditantur, quasi reverà artis & △ ope produci possint.

In non-entium verò dignotione cautè admodum dispiciendum est, ne temerè *aliquid, quod tale non est, pronunciemus. Etenim*

1. *Non omnia negamus omnes; nec statim quod ego, iste, ille,* &c. *non vidit, pro non-ente proclamandum*, vel quod istâ nobis formâ non apparuit: Variant namque artifices in suis operibus, ut nova producant, nondum nobis in hac figura visa.

2. Distinguendum est inter extractionem rei veram & novam productionem; e. g. de Mercurio metallorum quæritur: utrum ille haberi possit ex metallis? Non quæstio præcisè est: an ex metallis extrahi queat ☿ vivus currens: Quod testatur experientiæ testimonium, imprimis *ZVVELFFERI*, *BECCHERI* & *LANGELOTTI*; quorum prior *Mant. spagyr. pag.* 349. ex saturno, & *p.* 383. ex antimonio, *BECCHERVS in Physica subterran. pag.* 126. ex jam dictis, & *LANGELOTT in Epist. ad A. N. C.* ex antimonio, verum Mercurium separari posse docent: sed quæritur; an præexistat in metallis tanquam pars componens? An verò artis ope ipsum metallum transmutatum fuerit in Mercurium vivum per novam generationem? Hac de re variè disquirunt, quare in aliud tempus reservabo.

3. Itaque in examine non-entium illud fundamenti loco supponendum: Non-Entia habere debere contrarietatem in radice; e. g. impossibilem convenientiam habet ☿ vivus mineralis seu metallicus cum Mercurio vegetabilium, unde hac ratione dico: quod *Mercurius vivus ex sanguine animalium sit non-ens.* Nam utut ex sanguine elicitus fuerit ☿ vivus verus, is tamen non productus fuit ex sanguine, sed vivus infuit sanguini, quia homo, cujus erat sanguis, fuerat aurifaber; unde facilè ☿, manibus quotidiè tractatus, potuit se in ejus corpus & sanguinem insinuare: Ita notum est, quod *qui Mercurium tractant, nummos aureos, quos secum gerant, argenteo colore obducant*, quia ☿ ratione singularis cum auro sympathiæ atomos suos ad aureos usque nummos diffundit, eosque argenteo obducit colore: Vidi juxta Mediolanum vallem, ubi herbæ crescunt, ex quibus ☿ vivus facili artificio potest elici; hic verò ☿ non constitutivum herbarum istarum principium est, sed mineræ Mercurialis, quæ intra vallem hunc reperitur, soboles; unde ratio in promptu: Sic & ☉, quo vites & uvæ, aliæque partes, in Ungaria resplendere dicuntur, non est de essentia vitis, quin potius, quia copiosiores ☉is mineræ ibidem reperiuntur, ex his mineris aureæ atomi vitis præmistæ succo nutritio, cum eo, tempore succrescentium uvarum, fermentantur maturanturque in veras vitis partes; non tamen est ☉ de natura vitis, sed de effluviis ☉aribus, quæ copiosæ ibidem mineræ ☉ares emittunt, suam ducit originem.

Homunculus PARACELSI, quem sine patre & matre artis chymicæ *beneficio producere conatur, est non-ens*: Vid. *PARACELSVS libro*, ni fallor, 1. *de rerum natural. generatione*, *ROLFINCCIUS in chymia.* Est res contra conscientiam, & nullius usus. Quintæ verò Essentiæ, utut passim pro non-entibus proclamentur, à multis tamen chymicis operosè & speciosè satis adstruuntur: Cùm nempe quælibet corpora naturalia ex 5 principiis constare putent, tribus activis, duobus passivis; ex his, imprimis verò activis, per quæ ⊖, ♃ & Mercurium volunt, conantur partem simplicissimam purissimamque extrahere, quam vocant quin-

quintam essentiam : Et certum est, quod dentur tales essentiæ. Vidi enim apud amicum quandam essentiam, cujus guttulæ iij integrum vini cantharum imprægnabant. Tales componi debent, ut ☉ *volatile simplicis, per putrefactionem inchoatam paratum*, cum *spiritu proprio inflammabili, per fermentationem elicito*, cohobatione uniatur; dein ambo cum *oleo destillato* imprægnentur, sitque instar camphoræ penetrans. Talis præparatio satis est artificiosa, nec à quolibet statim acquiri potest; emergit enim genuina *quinta essentia*, nullo liquore ▽abilis.

Transmutatio metallorum non est non-ens, quicquid in contrarium plerique omnes ferè chymicorum asserant: Etenim

1. Si *Metalla omnia ex una eademque radice trahant originem, & tantùm gradu fixitatis & immaturitatis differant* (siquidem probatum superiùs) utique poterunt perfici, volatiliora fixando, & immatura artis beneficio ad maturitatem perducendo.
2. *Videmus quoque* quotidie *vegetabilia inter se transmutari*, sicut, teste experientiâ, triticum in uno eodemque agro degenerat sæpissimè in avenam; secale in uno eodemque agro, exutâ suâ naturâ, in lolium; sisymbrium frequentissimè in uno eodemque loco in mentham transmutatur; quia in radice conveniunt inter se, atque principiis materialibus. Quidni *idem quoque de metallis affirmari poterit, ut quæ eandem singula habent radicem, & solùm maturitate differunt.* Ipsemet vidi *lignum*, quod non superficialiter tantùm lapideâ crustâ erat inductum, sed *reverà in lapideam transmutatum substantiam.*

Hoc si in diversis procedit generibus, ligno puta & lapidibus, quis negabit metallorum in uno principio seminali convenientium transmutationem. Et quid denique experientiæ, quæ ubivis ferè ▽arum luculentum exhibet testimonium, opponent?

SOLI DEO GLORIA.

F I N I S.

MICHAE-